נבט *Pih.* נִבֵּט Intuitus est. *al Niph. semel tantum.* Isai. 5. 30. *Hiph.* הִבִּיט Circumspexit, oculos conjecit in- 1 Sam. 17. 42. *Intentum obtutum, & diligentiorem denotat animadversionem: differt à* ראה *ut* βλέπω *ab* ὁράω. *cum de hominibus dicitur* ראה *sapius post se habet. qs. illi primo intuitu afficiantur maximè,* Job. 35. 5. Thr. 1. 12. 1 Par. 21. 21. Psal. 142. 5. *De Deo aliter,* Psal. 84. 10. Thr. 1. 11. *at alibi sequitur,* Psal. 33. 13. *cca.* Num. 23. 21. *c* ל Psal. 74. 12. אל, Num 21. 9. אחרי Exod. 33. 8. *c* מ, Psal. 102. 20. *cum He locali,* Gen. 15. 5. *c* ב, Ps. 92. 12. מַבָּט m Respectus cum fiducia, Isai. 20. 5, 6. *et c Segol* מֶבֶט Zac. 9. 5.

CHAL. נְבַט Prospexit: progerminavit, repullulavit, prodiit. *Taan.* 40. 1. *Moed ka* 18. 2. *i. q.* צמח *Glos.* מרוברה (b) דמחנגר (a) מבח

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Aſpectus *planetarum*, (a)quadratus, (b)oppoſitus. חכמת המבטית Optica. *ſ. B.* נַבָּט *No. reg. v. Ar.* Iſai. 60. 7. *ſec. Bx. et Sch. Hebr.* נביורת Ez. 27. 21. *H.* קרר. עבודה נבטית Religio Nabathæa. *Hotting. Cl. Scr.* 53. הבטרה Obſervatio, cuſtodia. *Metz.* 118. 1.

ÆTH. ኦንበጠ: Locuſta. Pſal. 104. 32. *et* 108. 22. Mar. 1. 6. Apoc. 9. 3. *Pl.* ኦናብጥ: *In Æthiopia quam ingentia earum agmina, variasque illius regiones per vices quam miſerrimè demetunt, v. Alvar. H. Æth.* c. 28.

AR. نَبَطَ 2 نَبُطَ, نَبِطَ 3 ـُ 4 ـِ 5 نَبَطَ, نَبِطَ 6 نَبِيطٌ 7 ـَ 8 أَنْبَطَ 9 نَبْطَهْ 10 نَبَطَانِيٌّ 11 أَنْبَطُ, ـِ 12 نَبَطِيٌّ, ـَ, ـُ, ـِ, ـَا 13 اسْتَنْبَطَ 14 السَّنْبَطَةُ 15 اسْتَنْبَاطٌ 16

مُسْتَنْبِطٌ; *prim.* I, *et* O, Scaturivit, emanavit *aqua, v. Ar.* נבע. 2, Eduxit aquam, eâ deplevit *puteum. cca.* 3, *i. q. Ar.* אמאה Fecit aquâ affluere *puteum. cca.* 4, Hypochondrio, coxâve candicavit *ovis.* 5, Excogitavit, ingenioſè invenit, ex ingenio depromſit. *Bd. Sapientiam* ſuam prodidit. *Gig.* II. *i. q.* 3, I. *ccà.* IV. Ad aquam putei, primamve ſcaturiginem pertigit *foſſor.* 2, *formâ Paſſivi.* Apparuit, prodiit *quid* quod antè latebat. V. *i. q.* II. *cca.* 2, Eduxit, elicuit, *orationem, ſ. verba. cca.* 3, Similis fuit Nabathæis, genere Nabathæus fuit. X. *i. q.* II. *cca.* 2, *i. q.* 5, I. Elicuit ingenio, *et* labore ſcientiam Juris. *Cor. Sur.* 4. 82. *Ab. Phar. H Dyn.* 33. *Av* I. 237. 44. *it.* Inter Nabathæos ſedem fixit. *et formâ Paſſ. i. q.* 2, IV. Apparuit, *&c. Jec Act.* 1. *et poſter.* 4, I. *tert.* Prima aqua in puteo dum foditur, erumpens. *et ipſe* puteus ſcaturientis aquæ. v. 1. I. *it.* Albedo equi ſub axilla, *vel* in ventre. 3, Pudenda viri (muliebria, *Gig.*) 4, *No. gentis, ſc.* Nabathæi, *à Nebajoth Iſmaëlis filio; qui incolunt paluſtria Chaldææ, Waſith inter et Baſram. Et. ipſa* Syria *ſic dicitur. v. Salmaſ. Pl. Ex.* 470. 1. 486. 2. *et* 615. 3. *quart. Equus* albus inter aures *et* tempora. *quint.* Fluvii propè Medinam. *ſext.* Nabathæi 2, *i. q.* 1, *tert.* 3, *No. propr. Gig. ſept. c Articulo, et praced. Ar.* עשא Locus quidam. *oct. Pl.* 1, *ſext.* 2, Agricolæ haud Arabes. 3, Impreſſio veſtigii. *non. i. q.* 1, *tert.* 2, Albedo ſub ventre, *ſ.* axilla ovis. *dec.* Coxam albicans *ovis* (inter aures *et* tempora alba.) 2, Pagus quidam; caſtrum quoddam. *undec. prius* Ventris, *ſ.* axillarum albedine conſpicuus *equus. poſt.* Oppidum quoddam, locus quidam. *c He fin.* Locus quidam. *duodec.* Nabathæus. *Avic.* I. 84. 1. 125. 15. *Faba* Nabathæa 148. 43. *b. c.* Pontica. *Dioſc.* II. 128. *et prius*, è vulgi fæce, *ſ.* infimæ ſortis homo. *Poc. H. Ar.* 274. f. Syriaca *lingua.* Dan. 2. 6. *Ox. ult. Gumma* Nabathæa, *ſ.* Terebinthina. *Av.* I. 169. 27. *et* 229. 24. *dec. tert.* Indagatio ſenſûs *alicujus vocis.* פי אלשמס אלנבאטרה in ſole æſtivo. *Av.* I. 169. 21. *dec. quart.* Mons. quidam. *Gig. dec. quint. Act.* X. Derivatio, exitus; inventio ingenioſa. *dec. ſext.* Architectus *flagitiorum.* Rom. 1. 30. *Aqua* elicita, derivata. *Gig.*

נבי ÆTH. V. ተንበየ: Prophetavit, prædixit. Joh. 8. 56. Luc. 1. 67. Matt. 7. 22. 1 Cor. 13. 2. *leg.* ተንበይኩ: *Si* prophetaverim. *Im.* Mar. 14. 65. *In.* ተንብዮት: Apoc 1. 3. *Fu.* Act. 2. 16. ነቢይ: m. Vates, Propheta. Pſ. 50. *t.* ነቢይት: f. Prophetiſſa. Luc. 2. 36. *t. Pl.* ነቢያት: Mat. 13. 17. *Pa.* ትንቡይ: Prædictus, um. (ነቢያዊ: Propheticus. f. ነቢያዊት: -a. Exod. 15. 20. *ſ L.*) ትንቢት: Prophetia, vaticinium. Pſ. 2. *t.* Mat. 13. 14. *Ch* נביא. נוב *v.*

נבך נבוך *unde* מורה נבוכים Doctor perplexorum, *liber R. Mo. Maimon. à Cl. Bx. in Latinam linguam converſus. Bx. Bibl. R.* 366. נְבָכִים Profunditates. נְבוּכוֹת, מְבוּכוֹת Perplexa, dubia. *v.* בוך.

נָבַל (*Conv. c* הבל נפל *Lat.* Palluit, flavus fuit, *Angl.* To fall) Cecidit, marcuit, elanguit, *propter aſtum, aut frigus; de foliis, (Gr.* φύλλον) *floribus, et fructibus flacceſcentibus propriè dicitur. it. de cadaveribus,* Pſal. 1. 3. Iſa. 40. 7, 8. Deſipuit, ſtultè egit, Prov. 30. 32. *Pih.* נִבֵּל Vilipendit, turpitudine affecit, Nah. 3. 6. *Pa.* Mic. 7. 6. *Fut.* Jer. 14 21. Deut. 32. 15. *LXX, et Ar.* Receſsit, cecidit, *ut in Kal. Apoſtaſiæ cauſa præcipua, eſt proſperitas. Hiph.* וַנְּבֵל *irreg. pro* וַנַּבֵּל Iſa. 64. 6. *et c Ar. Ox. ſuffraganˉtur Int. Or. ſic in* נור *al eſt à* בול. נֵבֶל *Lat.* Nebulo, ſtultus, homo vilis, φαῦλος, A knave, *in quo nihil ſucci, ne mica bonæ mentis, cui ratio concidit,* Deut 32. 6, 21. Iſ. 32. 6. Pſal. 14. 1. *Plur.* נְבָלִים 2 Sam. 13. 13.

נְבָלָה f. Stultitia *cum ſcelere conjuncta, quod ignominia, et turpitudo comitatur, ut ſtuprum, ſacrilegium* Nefas, Iſ 32. 6. Gen. 34. 7. Deut. 22. 21. *Pl.* נְבָלוֹת *Adject.* f. Job 2. 10.

נִבְלוּת f. *Id.* Hoſ. 2. 10.

נְבֵלָה f. Cadaver, morticinum. *qſ. Caducum, ſ. decidnum; de homine, et beſtia dicitur,* Lev. 22. 8. Ez. 4. 14. 1 Reg. 13. 29. *Cn.* 29. *Aff.* Iſ. 26. 19. Deut. 21. 23.

נֵבֶל m. Uter, lagena, hydria, *ſemper Cn. vel c* יין Jer. 13. 12. 1 Sam. 10. 3. Iſ. 30. 14. Job 38. 37. וְנִבְלֵי *&* Pluvias *cœli, ſ.* nubes, *quæ* utres *appellantur,* Pſal. 33. 7. *VLa.*

נֵבֶל m. Nablium, *cui* 12 *chordæ* (*at* Pſal. 33. 2. *ſec.* 70. *Ch. Syr. Æth. Ar. &c.* 10 *tantum; non ſine errore:* עשור *enim eſt planè aliud inſtrumentum,* Pſal. 92. 4. *accedit c al. plurimis Heb. ſapientiſſimus) digitis tangi ſolitum, Judæis Germ. & al.* Pandura, Pſal 71. 22. *&* 57. 9. *et* 144. 9. *et* 150. 3. *al.* Chorus; Pſalmus; Pſalterium, *Mihi videtur Lat.* Fides, *h. e. genus citharæ, quæ &* Lyra *dicitur qnod teſte Joſepho Ant.* 7. *c.* 10. *digitis (utriuſque manus, addit BB.) percuti ſolita eſt; cujus* 12. *chordæ, tot* φθόγγοι *erant (ut in Lyra, & clavecymbalo ſolent)* in conviviis adhibita, Iſa. 5. 12. *Unde per inſtrumnetum lætitiæ ſæpiſſ. vertunt Ar. cui concinit illud Va. Flacci* 4. *Argon. Aſſumptâ fide pulſus luctus: quæ omnia Lyræ conveniunt tantum. v. Boch. G. Sacra.* 807. *c. Kirch Muſurg.* I. 49.

מַבּוּל m. Diluvium, Gen. 7. 6. c. 9. 11.

נָבָל *Nom. vi.* 1 Sam. 25. 25. *per interpret.* Porcus, *&* ſtultus, *BB.*

CH. *Pah.* נַבֵּל Fœdavit, fœdum reddidit, deturpavit, ut fœdum abominatus eſt, rejecit, *i. q. H. ib.* נִבּוּל Fœditas, turpitudo, obſcænitas, *R. Sa.* Pſal. 75. 3. נבלות הפרה Turpiloquium. *Qui benè audire cupit apud inclytos viros, debet inprimis ſeipſum ſervare* מכל הנבלות *ab omni* vitii labe, *Rab.* נוֹבֵל, נִבְלָא, נְבָל Deciduus fructus, qui vel maturus, *aut* tempeſtate impulſus, decidit, Jer. 8. 13. Iſa. 34. 4. נובלת נבואה חלום *Prophetiæ fructus deciduus eſt ſomnium, More* II. c. 36. נְבָלָא, נְבָל *i. q. H. ib.* Inſtrumentum muſicum, *in quo* 10 *foramina; A. Ezr.* Iſa. 5. נְבֵלְתָּא, נִבְלָא Cadaver, morticinum, *ut H. ib. Peſach.* 113. 1. נְבָלְתָּא Flagitium, turpitudo, Job 5. 16. מבולא Diluvium, Hab. 3. 5.

SYR. ܢܒܠܐ *Nom. flu.* Nilus, Sichor, *&* Gihon, *BB.*

SAM. ⱞⱂⱁⱄⱁ Stultitia, Deut. 22. 21. ⱞⱀⱀⱁⱄⱁ Cadaver, c. 21 23. Lev. 22. 8.

ÆTH. ኔበለ: *ex H.* נבל Uter, 1 Sam. 1. 24. 2 Sam. 16. 1. *Æthiopes menſuræ genus apud Ebræos fuiſſe putant.* ንብቤት: Tibia, Dan. 3. 5. *it.* Gemmæ ſpecies. ናበቤት: *Gr.* νάβλα, 2 Sam. 6. 5. ኦንበልበለ: Scintillavit, *de ſtellis, Org. l.* 6. Inſtar flammæ micuit, Exod. 24. 17. *ſ L.*) ነበልባል: Flamma, Pſal. 82. 13. *&* 105. 19. ¶ ኦንበለ: *Ar* بلا Sine, abſque, *Miſſ.* 164. a. ዘኦንበለ: *Id & hoc ſæpius,* Pſal. 58. 4. 2 Cor. 9. 4. Antequam, priusquam Heb. 11 5. Act. 2. 20. Pſal. 57. 9. *&* 17. 34. Niſi ⱞⱀ ⱞ Matt. 5. 32. c. 12. 5. ኦልኦ: ዘኦንበለ: Sed potius, Eph. 6. 12. ዘኦንበለ: ደለው: *Id.* 2 Cor. 13. 3, 8. ዘኦንበለ: H: Sed potius quod, *vel* quæ, Mar. 8. 33.

AR. نَبَلَ 2 نَبْلٌ 3 ـُ 4 ـِ 5 ـً 6 ـٌ 7 ـَ 8 نَبَّالٌ 9 نَابِلٌ 10 نِبَالٌ 11 ـَهْ 12 نَبِيلٌ 13 ـً, ـٌ 14 نُبْلَهْ 15 ـٌ 16 نُبَلَاءُ 17 نُبَلَانُ 18 ـَهْ 19 نبايل 20 نِبَالٌ, ـَهْ 21 نَبَالَهْ 22 ـَا 23 ـِ 24 أَنْبُلُ 25 نُبَالَاتٌ 26 النُّبَلِيُّ 27 نُبَلَهْ 28 مُنَبِّلٌ 29 نَابُلُسُ 30 ¶ 31

نَبْسَمَ; *prim. Fut.* O. Jaculatus fuit, petivit *eum* ſagittis. *ccap. vel* Dedit *ei* ſagittas *ccap.* 2, Superavit *alium* ſagittis, earumve præſtantiâ; *aut* induſtriâ, *&* ſolertiâ. *ccap. v. Con.* III. 3, Senſim *cum aliquo* comedit cibum: *aut i. q.* 2, II. *ccap. & r.* 4, Collegit *aliis* ſagittas, *cc* עלי *p.* 5, *i. q.* רפק *cc* ב *p.* 6, Curavit *camelos*; propulit *eos, & quidem* vehementius. *cca.* 7, *mediâ Damm.* Excelluit, præſtitit, *pec.* ſolertiâ, ingenio: Generoſâ indole fuit (Sagax, peritus, liberalis fuit. *Gig.*) II. Subminiſtravit, præbuitve *ei* lapillos, quibus podicem reliquiis mundaret. *ccap. vel ceca. v.* נבל *neblon pòſt.* 2, Senſim *ei* præbuit cibum, partem poſt partem, *& qſ.* hoc modo demulſit *eum.* Iſa. 1. 2. *Ox. ccap & r. v.* 3, I. (3, *i. q.* 1, 4, 6, I. *&* נבל אלאבל Camelus vehementer inceſſit. *Gig.*) III. Certavit ſagittis, *vel* ſolertiâ, *ccap. v* 2, I. IV. Dedit *ei* ſagittas, *ccap.* 2, Confuſas attulit ſagittas. *cca.* 3, *i. q. Ar.* ארטב Maturos dactylos tulit *palma* (*palmam* accepit *virentem. Gig.*) V. *i. q.* 7, I. *&* Elegit, cepitve præſtantiora. *&* Præ ſe tulit excellentiam, *aut* ſolertiam. 2, Penes ſe habuit, geſtavitve ſagittas. *cca ſagittarum.* 3, Silicibus uſus fuit ad detergendum alvum. *cc* ב *lapillorum. v.* 1. II. 4, Mortuus fuit *camelus, et. homo, &c. & i. q.* קחל. 5, *Tranſ.* Cepit *quicquid apud eum eſſet, &* præſtantiorem partem. *cca.* VIII. *i. q.* 4, V. *& alium* interfecit. *Gig.* 2, Uno, celerique impetu ſuſtulit, *&* aſportavit *rem. cca.* 3, *i. q. Ar.* אנחבה *ſ. pro eo.* Evigilavit: Animadvertit. *Ar.* מא אנחבל אלא באלאחרה *Non animadvertit niſi in fine, neque ullam habuit rei curam* (ad rem imparatus fuit.) 4, Dedit *ei* ſagittas. *ccap* X. Petiit *ſibi* dari ſagittas. *ccap.* 2, Cepit parte meliore *opes. cca. v.* 1, V. *ſec. Act.* 1, 2, 3, I. 2, Sagittæ. Pſal. 57. 7. *et* 63. 8. *c Nun. Keſr.* 119. 4. *c* ב *Keſr.* Pſal. 44. 7. *Rom. pec.* Arabicæ. 3, Parvi, *pec.* lapilli. 4, Apparatus, diſpoſitio, quâ quis ſe accingit operi. *Ar.* מא אנחבל נבלה *Neblaho* Nublaho, Nublatoho, *et* Nibalatoho (*et Ar.* בנבאלתרה *Gig.*) Non attendit, non animadvertit, non curavit, non paratus fuit. *v.* 3, VIII. *tert. i. q. dec. ſext. it. Pl. hujus.* Num. 21. 18. 2, Magni, Dan. 8. 8. *Ox. pec.* lapides, ceſpitesve. 3, Parvi, *pec.* filices, *quibus detergere anum, penemve ſolent ab excrementis Muhammedani. quart. Pl. dec. tert. et* 3, *tert. qnint. Pl. ſec.* 2, *ſign. et Pl. tert. ſign.* 1. *ſext.* Præſtantia, excellentia. 2, Solertia, ingenium. (Magnanimitas, liberalitas. *Gig.*) *ut Act. exponit Mar. v.* 4. *ſec. ſept. Pl. oct.* Sagittarii. *oct. Ag.* 2, Qui ſagittas habet (*ut Ar.* לאבן *qui lac habet.*) 3, Qui conficit ſagittas. 4, Solers, peritus, induſtrius (*pec.* in tractandis ſagittis) *pro quo et Ar.* אבן נאבל *dicitur*; *et pro Ar.* חאבל *Hábilon* (*Ar.* הו נאבל In diſputatione de ſagacitate, & peritia ſuperior) *ut ſext.* 2 Sam. 9. 7. *Bc.* 5, Uter, Hoſ. 3 2. *H.* נבל 1 Sam. 1. 24. *de vino dicitur.* 6, *Nom. vi.* 7, *Locus quidam Aphrica.* 8, Caro. *Gig.* 2, *i. q. undec. non.* Qui habet ſagittas. 2, Qui parat eas. *dec. Pl. ſec. ſign.* 2. *undec.* Ars conficiendi ſagittas. *duodec.* Præſtans, (pulchra) ingenioſa. *poſter. i. q.* 4, *dec. tert. v.* 4. *ſec. dec. tert.* Magni momenti res, caſusve. 2, Præmia, compenſatio. 3, Buccea. 4, Apparatus; paratum, diſpoſitum eſſe. *Ar.* אחד ללאמר נבלתה נבאלתרה Se accinxit ad rem; ſeve dedit ei, (Conſentaneum tempus rei accepit, illâque ditatus eſt.) *v. et* 4, *ſec.* (*i. q.* 2, 3,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

2, 3, *tert. Gig.*) *dec. quart.* f. *ſec. Nom. Unit.* Sagitta Arabica una. *Al. Coll. it.* Donum: *et* Res magni momenti. (*i. q. duod Gig.*) *dec. quint. i. q. duod. dec. ſext.* Præſtans, excellens, ſolers, ingenioſus; Generoſus. *Lat.* Nobilis. Celeberrimus. Col 2. 8 *t. dec. ſept.* Præſtans formâ, *et* pulchritudine *fœmina, camela, et. vir, equus. cc* פי *et H* נבלת Cadaver. (Magnus; corpore magno. Mors. *Nom. mulieris. Gig.*) *dec. oct.* Monile, omne ornamentum muliebre. *dec. non.* Sagaces. *vigeſ.* Sagittæ Arabicæ. *vig. prim.* Præſtantior, *pec.* ingenio, & ſolertiâ; tractandisque ſagittis Glorioſior. *Av.* 1. 574. 34. *it.* Regio quædam, *et* plaga. *Gig vig. ſec. i. q. vig. vig. tert.* Brevis. *vig. quart.* Brevis: pumilio. *vig. quint. i. q* 2, 3. *dec. tert. vig. ſext. Ex quodam loco Aphricæ. v.* 7. *oct. vig ſept* Perniciosa (lethalia *medicamenta. Plemp.*) *Av.* I. 173. 4. *vig. oct.* Venabulum. *vig non* Sagittas geſtans *vir. trigeſ.* Nabolos, *Nom. lo.* Gen. 12. 6. *Rn. H.* ספרה c. 10. 30. *Ar. Sam.* Deut. 11. 30. *Rn. H.* מרה *id. trig. prim* Subriſit, *in Maurit. Cod. pro quo in Orient. Ar.* תבסם *Cor. Sur.* 27. 19.

נבע נָבַע Scaturivit, eructavit; *de fontibus dicitur. Pa.* Prov. 18. 4. *Hiph. Fut.* יַבִּיעַ Proferet, Pſ 19 3. Eccl. 10 1. אַבִּיעָה Eructabo, *h. e* effundam, eloquar. Prov. 1. 23. Pſal. 119. 171. מַבּוּעָה Scaturigo, fons, Eccli. 12. 6. *Pl. Cn* Iſa. 49. 10.

CH. נְבַע *i. q. H. ib. Aph. et Hiph ib.* מַבּוּעָא *i. q. H.* Prov. 14. 27.

SYR. ܢܒܥ *i. q. Hebr. ib.* Job 30. 5. Eccl. 12. 6. *Aph. id. ib.* 2, In lucem protulit, evulgavit. *Ethpa. Paſſ.* ܐܬܢܒܥ, ܐܬܡܒܘܥ, ܡܐܬܡܒܘܥ & ܡܐܬܒ *i. q.* ܡܒܘܥܐ Joſ. 15. 7, 9.

ÆTH. IV. ለንበዐ: Lachrymavit, Joh. 12. 33, 35. ለንበዕ: ለንበዖት: Lachrymæ, Pſal. 38. 15. Luc. 7. 44. ለንበአ: Apoc. 7. 17.

AR. نبع 2 نبع, نبوع, ا *Pl.* نبوعان 3 نباع 4 نبّاع 5 نبوع 6 نابع 7 النبعة, نبعة 8 نوابع 9 نابع 10 نبع 11 نباتيع *Pl.* نبوع 12 منابع 13 منبع 14 منابيع; *prim. Fut.* A. O. I. *i. q. H.* Jac. 3. 11. *Er. Av.* I. 231. 1. *et. de copioſo rivulo dicitur.* Secutus eſt, *i q. Ar.* تبع Pſal. 93. 15. *Rom. v. & Neb.* IV. Fecit fluere. Pſal. 135. 16. *& Intranſ.* Affatim ſudavit; indeſinenter vomuit. Germinavit *vitis.* V. Paulatim venit, *ſ.* affluxit, *& ita* è fonte emanavit *aqua.* X. Fecit ſequi. *Av.* I. 327. 32. *ſec. Act. et prius Coll.* נבעת *Ar.* נבעתא *Nebaton* Arboris montanæ ſpecies, è qua arcus, *et* ſagittæ parari ſolent (*in montis vertice pullulans: nam quæ ad radices ejus Ar.* שרבאן *dicitur, & quæ ad latera, vel medium, Ar.* אלשוחט) *poſter.* Quicquid ſponte ſuâ, *vel* aliàs, *ut è plantis gummi, effluit, et emanat*; *Pl.* Gumma, emanationes, *cit. Bd. tert.* Podex. *Ar.* כרבת נבעתך *Concrepuit podex tuus. quart.* Vivæ, *et* ſcaturientes aquæ. *quint. Id.* 2, Fons *ſanguinis.* Lev. 20. 18. *aquæ.* c. 14. 5, 6. Num. 19. 17. *ſext.* Locus quidam. *ſept.* Duo quædam loca. *oct. Part.* Gen. 26. 19. *Er.* Locus quidam. *non.* Loca *cameli* è quibus manat ſudor. *dec.* Caſtrum quoddam multis fontibus, *et* dactylis, *et* ſegetibus prædituum. *undec.* Fons, ſcatebra, ſcaturigo. Pſal. 35. 10. *Pl.* 41. 2 *et* 67. 27. *et* 106. 35. *duodec.* Flumen quoddam. Mons quidam. *dec tert.* Profluvium. Lev. 12. 7. *Er. dec. quart.* Continuus. *Pl.* Eſd. 3. 5. *Ar.* אנבאע עלינא באלכלאם (אנבאע *à* בוע *vult eſſe Ca.*) *i. q. Ar.* אנבעת *v. et Ar.* אנבאק *à* נבק.

AR. نبع 2 نبع, نبوع 3 نباع 4 ا

نبّاع 5 نوابع 6 نابعة 7 نبع 8 نبوع 9 نابع 10 نبعة 11 نبع 12 نبع (نبع *Gig.*) *prim. Fut.* A, O, I, Apparuit, manifeſta apparuit *res.* Divulgata fuit res. Scaturivit, *ut Ar.* נבע Exivit, inſurgit. *Avic.* I. 568. 47 prodiitque contra nos ſchiſmaticus (hæreticus) *cc* עלי. 2, Alacer & agilis fuit *adoleſcens.* Bonus evaſit poëta licet is non fuerit naturâ. *v. quint.* Benè, commodéque habuit: bonis abundavit *in mundo.* (latè amplificatus eſt) *cc* פי. 3, Furfurum defluvio laboravit *caput.* 4, Per rimas emiſit *loculus farinam, quæ avolavit tenuiori ſui parte. cc* ב 6, Recitavit carmen, *cui appoſitum ſit Dhammi, vel Koſra, illudque aptavit Gig.* IV. Ultro citroque commeans frequentavit *oppidum. cca.* E foraminibus *incerniculi*, farinam exemit *cribrator. ſec. Act.* 1. *& 2 ſignif.* præſertim mediæ. *prius* 2, Pulvis excitatus à mola. *tert.* Furfures capitis. *quart.* Schiſmatici. 2, Pulverem de ſe concitans *via.* 3, Podex. *v.* נבאעה *& abſque Teſdid.* 4, Aqua emanans. *quint.* Vir magnificus, *ſ.* eximiæ dignitatis (magnanimus) 2, *Nom.* Poëtæ. 3, *Terra, &c.* cujus pulvis excitetur. *Gig. ſext. Pl. præc.* 2, Poeta, complures ita cognominati, *quod à natura minus facti ad Poëſin, eâ nihilominus excellerent. ſept.* Pulvis molæ. *oct. i. q. tert.* 2, Farina. *non.* Farina. 2, Medium *turbæ.* (dimidium gentis, *quoad locum*) *dec.* Quod molitum eſt. *undec.* Cùm quaſſatâ palmâ mare ab evolantibus ejus floribus afficiuntur & fœcundantur flores fœmellæ; *quæ ſpecies eſt* חלקית. *duod. Nom. loci.*

AR. نبص 2 نبص 3 نبص 4 نبصاء 5 ¶ نبص 6 نبص 7 نبص 8 وواد نبص 9 نبصان 12 نبوص 11 نابص 10 ا منابص 13 منبص 14 *Pl.*; *pr. Fut.* I. *pro Ar.* נבס Locutus fuit. 2, Labiis excitato ſono vocavit avem marem, ut cum fœmella conjungeret. 3, (Garrivit *avis, ſed* demiſsè, & languidè. *Gig.*) II. *i. q.* 3. I. pipivit, pipilavit. *ſec. Act.* 1, I. 2, Parum quid & modicum germinantis oleris. 3, Anhelitus, *i. q. Ar.* נבץ *Avic.* I. 5. 24. *tert.* Verbum unum. *quart. Act.* 2, I. & ipſe ille ſonus. *quint.* Sonans *arcus* (*in equam* exclamans *Gig.*) ¶ *ſext. Fut.* I. Mota eſt, & pulſavit *arteria.* 2, In terram deſcendit (erupit) *aqua, aut* fluxit. 3, Attractum *in arcu* nervum, ita remiſit, ut ſonum, tinnitumve ederet. *cc* פי (arcum adeptus eſt, *Gg.*) 4, Leviter micuit *fulmen.* IV. *i. q.* 3, I. *ecu arcus, &* ב *nervi. v. Ar.* חבץ. *ſept. Act.* 1, I. Pulſus. *Avic.* I. 62. 11. נבצרה Canna, *Cr.* Album. *ſ. ſubſtantia ipſius medullaris, quæ eſt alba. Bel. legit Int. Ar.* ביצרה 196. 29. *oct.* Animus agilis, & alacer (cor acre & ſe commovens) *Ar.* מא בה חבץ ולא נבץ *non eſt in eo motus* (*caret motu ſ. movente*) *non.* Ira. *dec. Venæ* pulſantes, arteriæ. *undec. Act.* 2, I. *duod. Act.* 1, I. *dec tert.* Locus ubi obſervatur cor moveri, & pulſare. (*prac. Ar.* סהם Sagitta ubicunque illam videris ſe movens) *dec. quart.* Inſtrumentum magni arcus formâ, cujus adductâ, & remiſſâ chordâ carminatur, dividiturque goſſipium: *à chordæ motu, & tremore ita dictum.*

AR. نبق 2 نبق 3 ء, نبق 3 *Pl.* نبقات 4 نبق 5 ا 6 نبق 7 نبقية 8 منبق, ء 9

الأنبيق 11 أنباق 10 أبو نبعة; *pr. i. q. Ar.* חבק Pepedit, *pec.* leviter (leniter amplexatus eſt. *Gg.*) *id quidem* חבק *H. Chal. Syr. an v. Ar. nondum conſtat.* 2, Scripſit, lineas duxit (diſceptavit, dimicavit) II. & IV. *i. q.* I. VIII. Eduxit, *ſ.* elicuit *orationem. ſec.* Scriptura. 2, *levi factâ contractione, pro tert.* Lotum. 3, Farina dulcis ex medulla rami palmæ (quæque velut mel efficitur) ex qua cum defruto paratur genus vini (*vel* pharmacum *Gig.*) 4, Dimicatio, diſceptatio. *tert.* Fructus arboris *Ar.* סדר loti (ſebeſten) ſpecies. *Avic.* I. 84. 27. *Cr.* Meſpila. 217. 8. & 220. 5. Oenoplia, *potius. Cluſ.* 1. *Plant.* I. 19. *Bauh. Pin.* 477. *H. Pl.* VI. 16. *eâ utuntur Parthi & Indiani pro cibario. Naſſar. cit. Bd. Salm. Pl. Ex.* 1037. *quart.* Arbor ſpinoſa fructus ferens, *velut avellanas*, colore rubeo. *Gig. quint. No. unit. tert. Nebikon. ſext. Pl. San.* Lachryma vitis magna (palmites, *ſ.* ſarmenta ejus cùm magna eſt.) *ſept.* Cùm palma plantatur ſupra latus æquale. *Gig. oct.* Rectâ ſerie diſpoſitæ *arbores. v.* 2, I. (Æquale, ordinatum: *de palma, &c. dicitur*) *non. i. q. Ar.* אנבאע *v.* נבע, *quod per Keſram ſub* 1 *Elif. potius efferendum eſt, ab Ar.* בוק. *dec. Nom. propr. undec.* Alembicum. *Avic.* I. 4. 38. & 168. 34. *v. Ar.* אנבק.

נבר CHAL. נְבַר, Fodit ſuffodit, *pec.* roſtro, *inſtar porci.* Pſal. 80. 14. *Ba. Ka.* 17. 2. נְבָרַיָּא Suffoſſores. Job. 18. 9. נַבְרָא Ramus. *Schab.* 90. 2. *Erav.* 58. 1. *Gloſſ.* נברא *eſt* סיב *Muſcus creſcens & ſe circumvolvens circa palmam, ut volvulus circa vitem. v. Schab.* 51. 2. נאברה Navarra *No. regni.* נְבַרְשְׁתָּא, נְבַרְשָׁא Lychnuchus, lucerna. Dan. 5. 2. *Sheringh. Joma.* 72. *Pl.* Soph. 1. 12.

SYR. ܢܒܥ 2 ܢܒܙ 3 ܢܒܛ 4 ܢܒܚ 5 ܢܒܩ 6; *pr.* Saliit, exſiliit. Lev. 11. 21. Inflavit. Diſperſit *i. q. Ch. ſec.* Inflammatus eſt. (Luxit, micuit. *BB.*) *Off. Mar.* 101. 108. 467. *tert.* Juncus, *malè F.* Aduncus unguis rapacis avis, *BB. & Nov. quart.* Flamma, *F. i. q. Ch. Off. Mar.* 104. *quint.* Conflagratio, ardor. *ſext. BB.* Cnipologus? *Ar.* למריק *dubito; quærant doctiores.*

SAM. נבף Tumor. Deut. 32. 33. *An. Sam.* Culmen, altitudo, gloria. c. 33. 26, 29. *An. Sam. v. Æth. & Ar.*

ÆTH. ነበረ: Sedit, *pec.* in ſublimi throno. Pſal. 1. 1. & 2. 4. & 109. 1. Mat. 5. 1. c. 23. 6. Eph. 2. 6. Manſit, commoratus eſt. Luc. 2. 43. factus eſt. Pſ. 75. 2. Habitavit. Pſ. 106. 36. & 72. 3. Suſtinuit, expectavit. Pſ. 68. 25. Poſitus eſt. Mat. 3. 10. c. 5. 14. *Im.* ንበረ: Contenti eſtote. Luc. 3. 14. IV. አንበረ: Manere, habitare fecit, collocavit. Pſ. 77. 61. & 106. 36. & 112. 9. Poſuit *ſcandalum.* 49. 21. *manus.* Act. 28. 8, *triſtitiam*, c. 12. 2. *cœnam*, c. 20. 3. *cuſtodiam*, c. 38. 2. Tenuit, ſuſtinuit 138. 9. X. አስተንበረ: Stabilivit. *Miſſ.* 176. *a.* (Ordine diſpoſuit, eleganter collocavit *plures res.* 3 Reg. 7. 28. 1 Cor. 12. 18. *fL.*) ንቡር: Conſtitutus, poſitus. Joh. 20. 7. በንቡር: *in ſedendo eo.* 1 Cor. 14. 30. f. ንብርት: *Pl.* ንቡራት: Joh. 2. 6. ንበረ: Seſſio. 2 Th. 2. *tit.* ንባሪ: Perenni-ſervus, *qui perpetuò manere* (*ſervire*) *cogitur. oppoſ.* ነፃ አግዚ: Gal. 3. 28. c. 4. 1. 1 Cor. 12. 13. Eph. 6. 5, 8. (ንበረ: Status, conditio præſens *alicujus rei fL.*) ንብረት: Status, conditio vitæ, Act. 24. 3. c. 20. 4. Heb. 13. 7. Res, curæ. 1 Cor. 7. 29, 31, 33, 34, ንብረተ ዓለም: *negotia ſecularia*, 2 Ti. 2. 4. Victus, ſubſtantia, facultates. Mar. 12, 44. Can. 8. 7. Situs, poſitio c. 4. 9. Structura, *Gall.* faicture c. 7, 1. Seſsio. Pſ. 138. 1. (Faſtigium regium, *principale.* 1 Sam. 2. 18. *fL.* *ſic dicitur Axumitarum caput. Sandoval. d. In. Æth f* 246. አንበር: Alveus; ſedes Pſ. 64. 7. መንበር: Sedes: manſio, *locus ubi aliquid hæret, ſ. commoratur.* Ex. 16. 29. Lev. 1. 15. *vel cui aliquid imponi poteſt.* መንበረ: መቀፀት: *ſuſtentaculum ollæ; ſ. pedes ipſius ollæ, ſ. tripodem*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

intelligas. Lev. 11. 35. *Pl.* מְכוֹנְרֹת: Baſes. Ex. 38. 8. *ſ L.* מְכוֹנָר: m. Sedes. Pſ. 1. 1. & 88. 45. Thronus. Luc. 1. 32. Apoc. 4. 2. Tribunal. Pſ 9. 4. Cathedra *Doctorum.* Mat. 23. 2. (Menſa, in qua celebratur S. Synaxis; quæ *al.* קְדֻשׁוֹת: מְזַרְקוֹת: *dicitur. it.* Baſis. *Pl* מְכוֹנְרוֹת: Judices, prælides. *ſ L.*) Apoc. 4. 4. Mar. 11. 15. *Unus ex novem ordinibus Angelorum.* Col. 1. 16. מְכוֹנָרוֹת: f. Victus. Opes. Luc. 8. 14. 1 Joh. 2. 16. c. 3. 17.

AR. أَنْبَارٌ *Pl.* نِبَارٌ 2 نِبْرٌ 3 نَبَرَ 4 نَبَرَ 5 نَبْرٌ 6 نَبَرَ 7 نِبْرٌ 8 نَبْرَةٌ 9 نِبَارٌ 10 نُبُورٌ 11 نُبَيْرٌ 12 نَبْرٌ 13 الْأَنْبَارِيُّ 14 أَنَابِيرُ 15 النُّبْرِيُّ 16 مِنْبَرٌ 17 مَنْبُورٌ 18 نِبْرِيخٌ 19 مِنْبَرٌ 20 قَبْلَ أَنْ نَبْرَأَهَا 21 نَبَارِيسُ *Pl.* نِبْرَاسٌ; *prim. Fut.* I, Elevavit, extulit *rem, vocem. cca.* 2, Accrevit, adolevit, (commotus, agitatus fuit) *puer.* 3, Hamzâ affecit *literam* (*Conſonanti* vocalem appoſuit) 4, *i. q. Ar.* נגר *cca.* (*illum* increpavit, ſollicitavit, urſit) 5, *Ar.* נברה בלסאנה *i. q. Ar.* נאל מנה (ab illo linguâ aliquid accepit) IV. Conſtruxit *horreum, ſ. apothecam, cca. v. Ar.* אנבאר. VIII. *Paſſ.* 1, I. *hinc* Intumuit *manus, &c. Ar.* תנפט Puſtulis (veſicis) correpta fuit *cutis* (apoſtemate laboravit) 2, Suggeſtum aſcendit *orator.* *ſec.* Brevis corpore, turpis, & deſpectus. (Pumilio. Obtrectator: avarus) 2, Ricinus, *ſ.* ſimile *ei* inſectum, *quod ubi in aſinum, vel camelum incidit, intumeſcit pars corporis per quam inceſſerit.* Muſca & Fera *G. Nub.* 289. 14. 3, Apotheca, horreum, (ſingularis officina) *ubi frumentum, aliasve merces recondit mercator; pro eo & Ar.* אנבאר *ut Sing. dicitur; quod originis eſſe Perſicæ videtur, Ar.* אנבאר. 2, *Nom.* urbis antiquæ in *Chaldæa* (Regio quædam *Herak* oppidum quoddam *i. q. H.* ציון Cippus. *BB.* & Loca inter cultam regionem & incultam. *tert. Act.* 1, 2, 3, I. 2, Rapida confoſſio, *ut quando infixa haſta cum celeritate tollitur.* 3, Inverecundus, *quem parum pudet. quart.* Res elata, *pec.* Tumor (apoſtema) in corpore. 2, *Vocis in cantu ex depreſſa* in altam elatio. (Motus, agitatio. 3, *Ar.* המזה Hamza, *quòd attollit ſonum literæ.* 4, Medium ſcrobiculi (orbita) in exteriori labii parte. 5, Clima quoddam ditionis Maudat in Bætica. 6, *ſeq. Ar.* אלקדח Sagittæ implumis fragor. *quint.* Bucceæ magnæ. (Bolus magnus.) *ſext.* Oppidum quoddam Babylonicum. *ſept.* Paucis bonis præditus. *oct. i. q.* 2, *quart. Gig. non.* Eloquens, & clamoſus. Stentor. *dec.* Podex (quadrupedum, *Gg.*) *und.* Caſeus. *duod.* Solers, prudens, & aſtutus *vir.* *dec tert* Cumuli, Exod. 8. 14. Num. 11. 32. *dec. quart.* Poëta ita appellatus. *dec. quint.* Ex oppido, *Ar.* אנבאר *dicto* v. 2, *ſec.* *dec. ſext.* Solium, ſedes. Jud. 3. 20. Tribunal, 1 Reg. 10. 18, 19, 20. Act 25. 10. *Er.* Exhedra, Exod. 1. 16. Metropolis. Num. 13. 23. c. 21. 26. Thronus, 1 Reg. 1 13, 17, 20. *dec. ſept.* In Hamza deſinens (cui vocales adſcriptæ ſint) *carmen.* *dec. oct.* Veſicis laborans *cutis. Ar.* ראה מנחברא *Illud vidit inflatum, licet vacuum eſſet. Gig.* *dec. non.* Antequam contingant, *omnia quæ patimur mala, Deus in libro conſcripta habet. Cor. Sur.* 57. 21. *vig.* Aries caſtratus, *cujus non tondetur lana, à Perſ.* נברירה *Neburida.* *vig. pr.* Lucerna (Acies; mucro. *Pl.* 2, Putei quidam Kelbitarum *inter ſe conjuncti, ſ. propinqui.*

נבש ÆTH. IV. አንበሰበሰ: Trepidavit. ይርዕዱ: ወየንበሰብሱ: *tremunt & trepidant. ſ L.* 2, Tranſilivit, Cant. 2. 8 ዐንበሰ: *v.* ענב.

AR. نَبَتَ 2 نَبَتَ 3 نَبَتَ 4 نَبَتَ 5 نَبَاتٌ, نَبَاتٌ 6 نَبَتَ 7 نَبَاتٌ 8 نَبَاتٌ, نَبَاسٌ 9 نَبَاسَةٌ 10 نَبُوسٌ *Pl.* أَنَابِيسُ 11 مَنْبُوسٌ; *prim.* Retexit, quod tectum erat, *aut* conditum, *ut quod ſub terra latet.* (terram roſtro, *ſ* unguibus fodit) Refodit *cadaver, etiam ſepulchrum, cca.* 2 Par. 34. 5. Extraxit, evulſit, *ut olus cum radice.* Effodit, *cca.* Elicuit, eduxit, produxit, prodidit, *et. arcana, cca.* Hinc illinc conquiſivit, *ut victum domeſticis ſuis. cc* ל *p.* Petivit *cum ſagittâ,* nec læſit, contigit *ve. ccap.* & ב *inſtr. ſec.* Species arboris duriſsimæ, *ſimilis pino* (ebeno vilior) *tert. Act.* 2, Lucrum. *quart.* Camelus (exiguus) in planta pedis cicatricem habens, à qua veſtigium imprimitur terræ. *quint. i. q. ſext. ſc* Effoſſor, refoſſor, *pec.* ſepulchri, τυμβωρύχος ſpoliator mortuorum. *ſept.* Veſpillo, ſepulchrum ſodiens, *ſ.* aperiens. *oct. Nom. propria.* *non.* Explorator *rei,* nunciive. 2, *Nom.* viri. *dec.* Effoſi oleris, arboriſve radix, *vel* Arbor cum radicibus evulſa. *und.* Radicitus effoſſus, eductus.

נבת AR. نَبَاتٌ, نَبَتَ 2 نَبَتَ 3 نَبَتَ 4 نَبَاتٌ 5 نَبِيتٌ 6 نَابِتَةٌ 7 نَبَاتٌ 8 نَبَاتَةٌ *Pl.* نَبَايِتُ 9 نُبُوتٌ 10 نِبْتٌ 11 نَبَاتِيٌّ 12 أَنْبَاتٌ 13 النَّوَابِتُ 14 نَبَايَةٌ 15 أَنَابِيتُ 16 نُبُوتٌ 17 مَنْبُوتٌ, مَنْبِتٌ 18 نَبْتًا 19 نَبْتٌ, مَنْبُوتٌ 20 ذَاتُ النَّابِتِ 21 نَبْتٌ, نَبْتَلٌ 22; *pri. Fut.* O, Pullulavit. Gen. 41. 5, 6, 22. germinavit, crevit, *herba.* 1 Reg 4. 23. *capillus,* Jud. 6 21. *triticum,* Mat. 13. 26. Plantas, *ſ.* germina protulit *tellus.* 2, Apparuerunt, turgeſcere cœperunt *mammæ puellæ.* II. *Tranſ.* 1, 2. Fecit ut pullularet, creſceret *ve. cca.* Plantavit *arborem. cca.* Educavit infantem. *cca.* IV. *i. q.* 1, I. Adolevit, pubertatem attigit *puer.* Exorta fuit, crevit *que* pubes. Turgeſcere fecit *ubera. Gig.* Naſci fecit *capillos. Avic.* I. 126. 48. Produxit, germinare fecit *herbam.* Gen. 41. 47. Deut. 11. 15, 17. c. 29. 23. Pſal. 146. 8. *i. q. Ar.* אנבת Permeavit, vadit inv. *cc* בו *Av.* I. 11. 38. *ſec Act.* 1, 2. *it.* Germen; Planta: res vegetabilis, *pec.* herba. Matt. 13. 27. Pſal. 64. 11. *Rom.* Job. 14. 2, 8. c. 15 33. *it. poſter. cum Ar.* נבת, נבית, נבאתה, נאבת *Nomina propria. tert. Nom. propr. quart.* Germinans, exiens. 2, *No. vi.* 3, *Locus quidam. quint. Ex illo loco. Gig. ſext.* Quod provenit, creſcit *ve.* Soboles, *pec.* minutioris generis. Progenies hominum, pecudum *ve.* f. *quart.* אלמקערה אלנאבתה Procidua (exeuns) ſedes, *Av.* I. 241. 12. *Pl.* Rom. 11. 21. naturales (*ſuâ naturâ* pullulantes) *rami. ſept. Cujuſdam familiæ autor. præpoſ.* חביה *Vilis et* deſpectus (pauper.) *oct.* Ramus tener, virgultum. *Nobeitato, No. mulieris. non Act.* 2. I. *dec. No. pr. Gg. und.* Locus quidam ad Batſarah. 2, *No. pr. Gig. duodec.* Generatio, *ſc. carnis* (ſarcotica) *Av.* I. 134. 31. *dec. tert.* Egregii *equi* creſcentes. *dec. quart.* Vegetabilis (vis, potentia, facultas) ad germinantia pertinens. *dec. quint.* Arteriæ. *Gloſſ. fo. pro Ar.* אנאביב *ſ.* אנאבית, *Gig. dec. ſex. No. Arboris magnæ.* Planta papaveris, arbor ſiliquæ dulcis, Iſai. 55. 13. *Ox. dec. ſept.* Cinna, *Av.* I. 267. 4. *Plemp. genus graminis. dec. oct. pr. irreg. pro poſter.* Locus ubi proveniunt, germinant *ve* plantæ, Origo, ortus. *Av.* I. 135. 4. Argilla. *Gloſſ. Pl. Av.* I. 11. 44. & 12. 21, 26. מנאבת

אלעלם Seminaria ſcientiæ, Eccli 51. 32. *dec. non. pr. irreg. pro poſter.* Productus, pullulando proveniens (*uber turgeſcens*) *vig. Act* II. *it. ut poſt.* Quod pullulat è terra, magnum, *vel* parvum (Augmentum, incrementum. Equus. *vig. pr.* Locus quidam ad Mecham *vig ſec. i, q. Ar.* צלב שריד (Dorſum validum: durum & vehemens.) Locus. *No. proprium.*

AR. نَبَتَ 2 نَبَتَ 3 نَبَتَ 4 نَبَتَ 5 نَبَاتٌ 6 أَنْبَاتٌ 7 أَنْبُوبَةٌ 8 مَنْبِتًا 9 مَنْبِتَةٌ 10 أَنْبَاتٌ; *prim. Fut.* O, *Ar.* נבש Fodit manu, *ſc.* puteum, ſcrobem. 2, Mundavit puteum. IV. Penetravit, permeavit, tranſivit, ingreſſus eſt. *Avic.* I. 31. 21. VIII. *i. q.* 1, I. & *Ar.* תנאול. 3, Intumuit in aqua *priſana.* 4, Sublatâ veſtis laciniâ inſedit ſolo. *ſec. Act.* (Rei reconditæ revelatio, *Gig.*) 2, Ira. *tert. Ar.* אותר (Veſtigium. Cicatrix. *Gig.*) *quart. prepoſ. Ar* חבית *i. q. Ar.* שריר Sceleſtus, improbus. *quint.* Terra putei, *vel* fluvii. *ſext. i. q.* 1, *ſec. Gig. ſept.* Species luſſus, *quo aliquid in ſcrobe reconditur, & qui exemerit, vincit; qualis ferè eſt κυβιαλισμὸς apud Poll. oct.* Manifeſtus, revelatus, *Gig.* Atomis *aſſimilabuntur. Bd. Malè, potius* Diſperſus *pulvis, Eſt n. ab Ar.* בתר *Cor. Sur.* 56. 3. *non.* Penetrans. *Av.* I. 31. 27. *dec.* Cùm res accipitur, *prop.* ad comedendum. 2, Cùm hordeum contuſum aquâ molleſcit & elaboratur ad ptiſanam. 3, Cùm ſedens ſupra terram, ſe extendit. *Gig.*

נגב SYR. ܐܰܕܟ Adductus. *BB.*

AR. نَجَحَ 2 النَّجْحُ 3 نَجَحَ 4 نَجَحَ 5 نَجَّحَ 6 نَجَّحَ 7 Q. نَجْنَجَ 8 نَجْنَجَةٌ; *prim. Fut.* I, Manavit ſanguine, ſanie *ve*, illa emiſit *ulcus.* 2, *Ar.* אסרע Celer fuit, properavit. *ſec.* Perſea, *arbor. BB. Dioſc.* I. 187. *tert.* Prohibuit; negavit Commovit. *Ob rem* curâ preſſus fuit, nec illam conſultò præſtitit; *Ob rem* curâ animi affectus fuit, nec illam deliberavit. Camelos ad piſcinam remiſit. Ob metum migravit, & ſedem, *ſ.* ſtatum mutavit. *Ar.* ננוא אלקום Convenerunt viri veris tempore, tum ad aquam ire decreverunt. *v. ſept. quart. Act. pr. quint.* Celer, incitatus (motus, agitatus, attonitus.) *ſext.* Acceleratio, accelerans. *ſept.* Commovit, concuſſit hominem. *cca.* Reduxit, repulit *ve camelos* ad aquatorium locum. *cca.* Denſè convenerunt in prato, & poſt ad aquas profecti ſunt *homines.* Inconſultò, *aut* deſultoriè cogitavit, ſolicitus *ve* fuit *de re aliqua. cca.* Iteratò extulit, & reciprocavit literam *Re.* Commotus, & perculſus fuit. Multa & laxa fuit *caro: ſed hoc Ar.* חבנין *eſſe volunt Gloſſ. Gi. Ca. oct. Act.*

ÆTH ዝን: Elephas. ቀርኒ: ዝን: Ebur. Cant. 5. 14. c. 7. 4. ናጌ: Nagge, *No. vi.* Luc. 3. 25.

נגא CH. נְגָא Foſſa, fovea, *i. q.* אגן *Ba. Baſra.* 103 1. נאני דארעא *fovea* (*loca depreſſa agri.*) נגאה Samari. *eſt Niph.* נגה.

AR. نَكَا, نَكِي, نَكْوٌ 2 نَكَاءٌ 3 نَكْوٌ 4 النَّكَاءُ; *pr. Fut.* A, Contigit (aſſecutus eſt) oculo, *pec.* maligniori & ingrato. *ccap.* V, & VIII. *Id. ccap. ſec.* Ingratus, durus *que*, & malignus *oculo* (Improbus. Validè rem aſſequens) *tert.* Vehemens aſpectus, *aut* importuna cupiditas petentis (buccellam) *quart.* Cùm quid oculis aſſequeris.

נגב נֶגֶב m. Auſter, meridies, plaga Auſtralis (*propter ejus ſiccitatem*) 1 Sam. 27. 10. Ariditas, Jud. 1. 15. *VL.* Pſ. 126 4. *R Da. Al.* Planities. *cum He locali.* Gen. 13. 1, 3.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

1, 3. *LXX*, εἰς τὸν ἔγκωμον, *ita prisci Hebr. ita Judæus Ar. R. Tanch. in* Psal. 126. *v.* Is. 21. 1. *Ch. Ar. Sam. Er. Pers. &c. per Ar.* נגוב *vertunt, à* נגב, *Secessit, q.d. Secessus, penetrale, unde* חרדי תמן Job. 9. 9. *Huc spectat* מאצל הנגב *à reservatione (fissura) petræ,* 1 Sam. 20. 41. *ita Ch. Syr.* 2 *Ar. per Petram, intellige, latibulum in Petra, unde LXX. & Æth. per* ኦርጋስ: *reddunt. quod vide.*

CHAL. נְגַב Exiccatus est, aruit. Gen. 8. 13. *Hagiga.* c 3. 3. *Ithpe. Id.* Psal. 106. 9 *Pih.* נְגֵב Exiccavit. *Pah. Pass.* Num. 11. 6. *Jon.* מְנוּגָב Exiccatus. *Hiph.* הַנְגִיב Meridiem versus profectus est. *Eruvin.* 54. 2. נְגוּב Exiccatio. *Sota* 4. 2. נְגִיב f. נְגִיבָא, נְגוּבָא, נְגוּבְתָא Siccum, Ps. 102. 7. Gen. 1. 10. *Jon.* נוּגְבָא Siccitas, Job. 10. 30.

SYR. ܢܓܶܒ 2 ܢܶܓܘܒ 3 ܢܶܓܳܒ; *prim. i. q. Ch. Pah.* Arefecit, siccavit. *sec.* Ariditas, siccitas. *tert.* Flos, & semen arborum. *F.*

SAM. נְגוֹב *i. q. Ch. ib.* נְגֹב Siccum. Ex. 14. 21. וַיַּאַמְּגוֹבוּ *id.* Gen. 7. 22. נְגוֹבָא Siccitas. Deut. 28. 22.

AR. نَكَبَ 2 نَكَّبَ 3 كَبَ 4 كَبَّ, Pl. كُبَبٌ, كِبَابٌ 5 نَوَاكِبُ 6 كَبِيبٌ 7 أَكْبَابٌ 8 نَكُوبٌ 9 كَبِي 10 كَابَةٌ 11 كَآبَةٌ Pl. كَآئِبٌ 12 مُنْكَبٌ 13 كَبِي 14 مَنْكِبٌ, 15 مَنْكُوبٌ 16 مِنْكَابٌ, Pl. مَنَاكِبُ 17 مَنْكِبٌ; *prim. Fut.* I, & O. Decorticavit arborem (corticem accepit) *cca* 2, *Mediâ Dammatâ*, Egregius, nobilis, generosus fuit (præstans, bonæ indolis, honorificus fuit. *Gig.*) II. *i. q.* 1, I. *cca.* IV. Præstantem & generosum genuit filium. *& contra*, pavidum, & degenerem. *cca* (*i. q.* 2, I. *Gig.*) VIII. *i. q.* 1, I. *cca.* 2, Elegit, selegit. *cca. v. Arab.* نَحَبَ *sec. Act.* 1, I. 2, Liberalis. 3, *i. q. tert. Gig. tert. id.* Cortex arboris, radicis, *vel* caudicis, *aut* durioris partis. *Arab.* دَا نَقَبَ *No.* Vallis Arabum Meharibitarum, *prælio ibidem commisso celebris.* (Fluvius quidam, à quo dies quædam insignis denominata est. *Gig.*) *quart.* Liberalis, præstans. Locus quidam. *quin.* Puriores partes, *ac velut* medulla, *rei*; *qf. nullo cortice tecta. sext.* Generosus, egregius, laudatus, honorabilis, *vir.* (strenuus. 2 Tim. 2. 3.) 2, Præstans, nobilis *camelus, a. Avic.* I. 149. 27. 3, & אבו אלנויב *No. propria. sept* Generosus, nobilis, heros. Flos, decus*que gentis* (Plurima benèficia conferens) *c Gjim Giesmato.* Aqua quorundam. *oct.* Dromedarie. *R. non.* Corticibus arboris, *pec.* ♀ *Ar.* אלטלח concinnatus *uter. dec. Act.* 2. Generositas, nobilitas. 2, Tentatio. Phil. 2. 22. *i. q. Ar.* תגארב. *undec. i. q.* 2, *sext. & Pl.* Præstantiores & potiores partes *Corani. duodec. i. q.* 1, *dec. quint. dec. tert. i. q.* 1, *dec. quint. dec. quart. Vir* filios præstantes, & bonæ indolis gignens. f. *mulier* hujusmodi. *dec. quint.* Corticibus arboris, *pec.* ♀ אלטלח concinnatus *uter*, & *pec.* tale corium. (mulctrale.) 2, Poculum amplum, crater. *general.* Vas patulum & capax. *dec. sex.* Egregios, *ac* generosos liberos pariens *mulier.* 2, Vir imbecillis. 3, Edolata sagitta, alis & cuspide carens. 4, Ferramentum, quo movetur proruiturve ignis, rutabulum. *dec. sept.* Electus, selectus.

נגד *Hiph.* הִגִּיד *Lat.* Indicavit, nunciavit, retulit *coram*; *de præterito et futuro dicitur.* סִפֵּר *autem de futuro tantum. R. Da.* Gen. 3. 11. c. 31. 20. *Hoph.* הֻגַּד Nuntiatum est, 1 Sam. 23. 13. *In.* Jos. 9. 24. *Fu.* Gen. 22. 20. נָגִיד m. Dux, princeps, præsul, *qui Anteeel-*

lit tam in Ecclesiasticis, quam civilibus rebus. 2 Sam. 7. 8. *Cn.* 2 Reg. 20. 5. *Pl.* נְגִידִים *qf. d.* Principalia (satrapis digna) *Ar.* שרופה. נֶגֶד Coram, ante, è regione, contra. Gen. 31. 37. לְנֶגֶד Coram, 2 Reg. 1. 13. Contra, Prov. 21. 30. *al.* Sicut, instar. מִנֶּגֶד E regione, procul, Psal. 38. 12. Juxta, apud, Prov. 14. 7. *d. Dieu.* נֶגְדֵּי Coram, Psal. 116. 14. נֶגְדּוֹ Coram eo, Es. 40. 17. Jos. 6. 5. לְנֶגְדּוֹ Contra (coram) se. c. 5. 13. כְּנֶגְדּוֹ Coram eo, Gen. 2. 18. *qf. fœmina antea lateraliter (retrorsum humeris alligatam) se habuit ad marem, vel,* secundum anteriora ejus, *quæ (anterioribus ejus respondeat) d. Dieu in locum.*

CH. נְגַד Traxit *arcu* (jaculatus est) 1 Reg. 22 34. Attraxit. Hos. 7. 5. Protraxit, Gen. 39. 21. *cœli* נגדו Stillarunt *pluviam*, Jud. 5. 4. *aquæ* נגדו Huxerunt, Isa 48. 21. נגדו Inclinarunt *umbræ*, Jer. 6. 4. *Pa.* נִגֵּד Manebat *fluvius*, Dan. 7. 10. נגד שמא אבד שמיה Extendens (celebre faciens) nomen, perdit nomen. *Avos c.* 1. 13. *In. In diebus* נְגוֹד Ducere (gubernare) Ruth 1 1. ליט דינא דגזר או דינא אגור *Non est judicium* Trahe, *aut judicium* Traham, *Basra* 13. 1. *Si duo socii rem quandam habeant communem, quæ non possit dividi (sc. ancillam, servum, &c.) tum dicit unus alteri* גור *Trahe, i.e. Redime partem meam à me, aut ego* אגור *Traham. De his v. Maimon. P.* 4. *Hilc.* שכנים *c.* 1. Festinavit. גור Festina, *Echa rab. c.* 1. 1. *Basra.* 111. 2. Cecîdit, flagellavit, Cant. 7. 5. לְמִנְגַּד *Ad cædendum. Pah. Tobias peccavit, & Sigd* מְנַגֵּד flagellatur, *Maccos* 11. 1. *Si hominem illum neci addixerint, non revelabo; si v.* מנגדי *terminibus equulei, revelabo.* Contradixit, contrarius fuit. *Esto* מְנַגֵּד *contradicens aliis, non a. tibiipsi. Ithpeh.* Subtractus est, expiravit, *H.* גוע Job 14. 10. Extendit se, 1 Sam 23. 27. Jud 4. 6. In ecstasin raptus est. *Ægrotavit Joseph fil. R. Josuæ, &* אינגיד, *h. e. videbatur, ac si evolasset anima ejus, sed redibat, Aruc; rogat pater. Quid vidisti? dixit, Mundum inversum, superos inferius, & infimos superius. it.* אינגיד Ingemuit, *Megilla* 16. 1. נִיגְדָּא Flagellatio *Taanis* 24 2. *Pesach.* 52. 1. מְנַגְּדָנָא Flageliator, *Joma* 15. 1. & 55. 1. נְגִיד Tractile, ductile, Exod 25 31 Jer. 10. 5. נגור, נְגִידָא, נְגִיד, נְגוֹרָא *H.* שופט Jud. 2. 18. *Pl.* 16. *Em.* נְגוֹרַיָּא Job 12. 17. *Quando pastor iratus est gregi, facit* נגדא סמיתא *ducem cœcum. Ba Ka.* 52. 1. נְגָדָא Tractus, Psal. 126. 6. *Ven.* נְגָרָא, נְגָרָא, נוגדא Protractio, longitudo, Prov. 3. 16. Psal. 21. 5. & 23. 6. נְגִידוּתָא *Id.* Prov. 25. 15. נְגוּדִים Cælaturæ, Prov. 25. 11. נְגָרִין, נְגָדִין Fluenta, flumina, fluvii, Isa. 44. 4. c. 21. 14. Clivi, excelsa, colles, Jer. 3. 2, 21. c 12. 12. מְגָרָא Tractio, *Cn.* Hos. 11. 4. נאגר Species oleris, *Eruvin T. H.* 20. 4. *fo.* Papyrus, *v. Ar. quod mandunt, Plin.* XIII. 11. אינגר Parùm, *Gittin.* 58. 1. נַגְרָא Nasta, *Sota.* 48. 1. נְגִידָא Magia, necromantia, *Schab.* 152. 2. *Gittin.* 56. 2. *Gloss.* אוב *Pytho. v.* נגידא אַגְדְּתָא, אַגָּדָא, הַגָּדָא Narratio. Historia jucunda, subtilis; Discursus theologicus, *de aliquo Scripturæ loco, Hal. Ol.* 226. חגדה של פסח *Historia Paschatis, quam in nocte Paschatis patres annunciabant filiis, v* Exod. 13. 8. *Tria potissimum erant,* פסח *pascha, indicans Deum transiliisse ædes Israëlitarum, trucidatis Ægyptiorum primogenitis;* מרור *herba amara, amaram indicans Israëlitarum in Ægypto servitutem;* מצה *azymus, Israëlitarum indicans liberationem divinam. Hinc* 1 Cor. 11. 26. καταγγέλλετε, *v Bx. Cosri* 250. 252. נגדי Oppositus. דברים נגדיים *Res oppositæ.* מְנַגְּדִים Adversarii. מְתַנְגֵּד Opponens. *Sim. Leg. c.* 4. הִתְנַגְּדוּת Oppositio, contrarietas.

SYR. ܢܓܰܕ 2 ܐܶܬܢܓܰܕ 3 ܐܶܬܰܢܓܰܕ 4 ܐܶܬܢܓܰܕ 5 ܐܶܬܰܢܓܰܕ 6 ܐܶܬܢܓܰܕ; *prim.* Traxit, Jud. 16. 30. Deut. 21. 3. Subduxit, Gal. 2. 12. Extendit, *Ethpe. Pass.* Jac. 1. 14. Job 21. 33. *Pah.* Flagellavit, Deut. 25. 2, 3. Act. 5. 40. c. 16. 22, 23. *Ethpa.* Cæsus fuit, vapulavit, 2 Cor. 11. 25. Prov 17. 10. Raptatus est, Job 20. 28. *sec.* Attractio, tractus, Psal 10. 9. Flagellatio, verberatio, flagellum, Psal. 39. 11. Plaga, Deut. 25. 3. 2 Sam 7. 14. *tert. i. q.* 1, *sec. quart.* Retinaculum jugi ligneum; calix

aureus. Prov. 25. 11. urceus aureus, ; virga aurea, *f.* argentea. *quint.* Duces, ductores. Mat. 15. 14. *sext.* Tortor. *Fl.* Mat. 18. 34.

SAM. נדד *Pah.* Duxit, ad- e- de- Gen. 24. 27. Ex. 13. 17, 21. c. 15. 13. c. 33. 14. Num. 23. 7. c. 24. 8. Deut. 32. 12. דד Duc, *v.* דדד Num. 23. 24. תנדד Trahet (bibet, *unde Angl.* Draught, & *Syr.* ܢܶܓܽܘ *Aph.* Gen. 24. 48. c. 37. 28. אנדדא *extraxerunt. Ethpa.* Adductus est. Gen. 49. 10. *lapis* צאנדדא *in quo ductæ sunt figuræ.* Lev. 26. 1. שנדד Dux. Gen. 49. 10. אדדמדא Tractus, a. Deut. 21. 3. נדדמא Tracti (usuales, transeuntes, *v.* נדף) Gen. 23. 16. מאדדא Pythonissæ. Exod, 21. 18. *v. Ch.*

ÆTH. ነገደ: Peregrè abiit, profectus, peregrinatus est, *pec. ad S. Urbem*: transivit, *v. Ch.* נגד. Mat. 21. 33. c. 25. 14. *absque præp.* Luc. 15. 13. *c* ባሕር: Navigavit, Luc. 8. 26. *& absque,* ባሕር: Act 15. 39. c. 20. 6, 15. c. 21. 3, 7. c. 28. 11, 13. ነገድ: Peregrinus, advena. Ps. 38. 16. & 68. 11. Hospes, አፍቅረ: ነገድ: *Amate hospites (hospitales estote)* ሞፍቀሬ: ነገድ: Hospitalis. 1 Ti. 3. 2. አፍቅሮ: ነገድ: Hospitalitas. Rom. 12. 13. (ነጋዴ: Peregrinator. *Pl.* ነጋድያን: *fL.*) ነገደት: Peregrinatio, profectio. Ps. 120. 8. መንገድ: Via. *Miss.* 175. 32. *justitiæ, pec.* publica. Mat. 20. 30. c. 21. 19. Iter, profectio. Act. 1. 12. Navigatio. c. 27. 9. እንገዳ: *i. q.* ነገድ: Mat. 25. 44. c. 27. 7 ቤተ: እንገዳ: Xenodochium; *quod apud Æthiopes hodiè nullibi reperitur. Sandov. d. I. Æth. f.* 264. ተለንገደ: Peregrè abiit. *Miss.* 164 3. (Hospes, peregrinus fuit. *fL.*) ነገድ: Tribus, Luc 2. 36. Apo. 5. 9. c. 14. 6. (Genus, cognatio. በተረ: ነገድ: Genealogia. *it.* Ordo, status fortunæ, *f.* dignitatis. *fL*) *Pl.* አንጋድ: Act. 26. 7. ነገዳ: ጠርጠቶስ: *Nom. viri celeber. qui scripsit Metricè Menologium Æthiopicum, cui titulus* ወዳሴ: ሰማያውያን: ወምድራውያን:

AR. نَجَدَ 2 نَجَّدَ 3 جَدَ 4 جِدَّ, 5 نَجَادٌ 6 نَجِدٌ 7 نَجَادٌ 8 نَجَّادٌ, 9 نَوَاجِدُ 10 نَجُودٌ 11 نَا 12 نَ 13 نَجَدَاءُ 14 نَجِيدٌ 15 نَجَادٌ, 16 النَّجْدَيْنِ 17 أَنْجَدُ 18 جَا- 19 أَنْجَدُ 20 النَّجَدَاتُ 21 نَجُدٌ 22 مَنْجَدٌ 23 م Pl. مَنَاجِدُ 24 مَنْجَدٌ 25 مَنْجُودٌ 26 مَنْجَدٌ 27 مَنْجَدٌ 28 مَنْجَدٌ Pl. مَنَاجِدُ 29 مَنْجَدٌ 30 نَجَادِي 31 أَنْجَدَانُ 32 نَجِيدٌ ¶ 33 نَجَدَ 34 نَجَدٌ 35 ه 36 نَاجِدٌ Pl. 37 نَوَاجِدُ 38 مَنَاجِدُ 39 أَنْجَدَانُ Pers. عُصْ عَلَى نَجَادِهِ 40 أَنْكَدَانُ;

prim. Fut. O, Superavit, vicit. *ccap. v. & Ar.* נגד *Nezidon.* 2, Manifesta *ac* clara fuit *res.* 3, *Kesratâ mediâ, Fut.* A. Sudavit ex opere, *f.* anxietate. 4, Stupidus, hebeti ingenio fuit. 5, Lassus fuit, *aut* linguâ impeditus. *v. sext.* 6, *mediâ Damm.* Animosus, strenuus, magnanimus fuit. Angebatur animi, mœrore affectus fuit. *Pass. Id. seq. Ar.* אלחדי Ab uberibus lac stillavit. *Gig.* II. Ornavit, instruxit domum *supellectili, stratis, (peristromatibus, tapetiis, ac pulvinaribus) cca. et c* ב. 2, Probavit experimento, subactum*que* reddidit *fortuna. ccap. (me* audacem

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cem reddidit) 2, Experientiâ cognovit *v. Ar. trig. ſec.* III. Adjuvit, ſuſtentavit, opem tulit, defendit, *ccap.* Dimicavit, acie contendit. Gen. 49. 23. *Ar. Sam.* בדדצ *conv. cum Sy.* ﻣﺴﻌﻮﻩ *pro quo H.* ימררהו. IV. *i. q.* I; III. 2 Sam. 10. 6. 2 Par. 28. 16. Promovit, *ccap.* 2. Extulit ſe, altus fuit (& prominens) 3, Sudum, & ſerenum fuit cœlum (ſplenduit.) 4, Acceſſit ad ſuos, uxoremve ſuam, (propinquus fuit *vir* ſuæ genti, & familiæ.) 5, Altiori viâ inceſſit, *ſ.* aſcendit (venit in locum eminentem) 6, Exivit, venitque in *partem Arabiæ, quæ Ar.* נגד Nezjdon *dicitur.* 7, *ſeq. Ar.* דעותה *Dawátaho i. q. Ar.* אנאבהא (Clamori reſpondit, exaudivit eum) V. Sublatus, elatus fuit. 2, *Paſſ.* II. *Gig.* 3, Diſpoſitus eſt, Jer 32. 31. *p.* 293. VI. *Camela mari ſuperior* fuit, & charior quod lacti affluaret. Præceſſit *Gig.* VIII. Animos ei addidit. Act. 19. 33. X. Opem rogavit, adjutorem, defenſoremque expetivit. *ccap. & cc* עלי *r.* 2 Mac. 23. 1. Iſ. 31. 1. *Ox. fo. & contrarium. Bd.* 2, Vires, & animum recollegit (fortis effectus eſt, *Gig.*) poſt infirmitatem. Vires ſumpſit, animoſus evadit, auſus fuit *in alium* (cùm antea paveret) *cc* עלי. *ſec. Act.* 1, I. Victoria, prædominium, expugnatio. 2, Probare experimento; cognoſcere, diſcere. 3, Terra eminentior; (patens, *ac* prominens Semita) via aperta, *ac* alta, ſurſumque vergens. *Avic.* I. 44. 3. (fortitudo, altitudo.) *pec. & Maſc. g.* Pars 4, *Oppoſ.* תמ صوب altior Arabiæ, quâ Babylonem verſus aſcenditur; *uti* depreſſior pars Arabiæ *Ar.* תאסרה *dicitur* (Regio ſuperior Theamat, & Jaman, & inferior ad Herak, & Aſſyriam, cujus exordium eſt ad Hegiaz. Quælibet terra prominens Theamenſis uſque ad Herak.) Terra in regione Mahrath ad extremum Jaman. 5, Id quo inſtruitur, ornaturque domus, lecti ſtrata, (periſtromata, aulæa) cervicalia. 6, *ceu Adject.* Celer, & expeditus, experienſque *in agenda re. cc* פי Animoſus, ubi alii animum deſpondent. Solers, *ac* induſtrius dux viæ. 7, Angor, mœror (perturbatio.) 8, Species fruticis *τῆ Ar.* שברם *ſ.* poterio ſimilis. 9, Locus arboribus carens. *Ar.* נגד ברק & מרוץ & תאל & עפר, בנכב Loca quædam. נגד אלעקאב Locus quidam Damaſcenus. נגד אלור & אלפרי Loca. נגד אלאנאא Mons quidam. אבו נגד *No. prop. tert. Act.* 3, I. Sudor. 2, Mœror, angor. 3, Stupiditas. Laſſitudo, *vel* difficultas linguæ, & blæſæ vitium. *quart.* Strenuus, fortis, animoſus. 1 Sam. 26 2. *poſt. i. q.* 4, 6, *ſec.* Pars altior-- Expeditus, animoſus- *qnint. Pl. τοῖν dec. & dec. tert. ſext.* Stupidus, ſtolidus. 2, Laſſus, impeditus linguâ, blæſus. (Papyrus; charta. *Sch i. q. Ar.* נבג.) *ſept.* Balteus, de quo gladius ſuſpenditur (ea, à quibus enſis pendet, cùm geſtatur) 2, *Pl. ſec. ſign.* 3, 5, *Ar.* טלאע אנגר *i. q.* טלאע אננר *v. dec. ſcpt.* (Longo dorſo: procerâ ſtatura. *præced. Ar* מוצע Sedes ad quem pertingit ornamentum, *de quo v. vig. tert. oct.* Lectorum, (periſtromatorum) & cervicalium concinnator, ſartorve. *pec.* qui ea punctorio opere conficit. 2, Qui par eſt, & ſuperior rebus quas tractat: *ant* qui expeditè eas, & celeriter peragit. *non.* Oblongi ductus adipis in carne. *dec. Act.* 2, I. *it. Pl. ſec. ſign.* 3, 5. *undec.* Longa, eminensque, & procero collo *aſina, camela.* 2, Velox, celeriterque pergens, & alias antevertens *camela.* 3, Lactis abundans *camela.* 4, Altiore loco genuflectens *camela*, & alias imitans lacte copioſè reddendo. 5, Non concipiens, *vel* non prægnans *aſina ſylveſtris.* 6, Mulier intelligens, & formâ præſtans (ſapiens, cordata.) *duodec.* Vinum, vas vinarium, omne cui inditur vinum; patera, *&c.* 2, Crocus. 3, Sanguis. *dec. tert. i. q.* 6, *ſec.* Expeditus, animoſus, fortis. 2, Leo: princeps, dux. *H.* נניר. 3, Mœſtus, ſe animi angens. *dec. quart. Act.* 4, I, Animoſitas, fortitudo, magnanimitas. 1 Reg 20. 14. 2 Mac. 6. 2. 2, *Avic.* I. 46. 44. 2, Pugna, prælium (audacia, ferocia, vehementia) 3, Afflictio, infortunium, calamitas, (internecio) Terror (timor, formido.) *dec. qnint. Pl. dec. tert. dec. ſext. præc. Arab.* הרינאה *Direximus eum in duplici via, mali ſc. et boni: ſ. in ſemita veritatis, & futilium. Cor. Sur.* 90. 10. *dec. ſept. Pl. ſec. ſign.* 3, *Ar.* טלאע אננר הו *Tholáa.* Res magnas ille cogitat,

moliturque (Rei potens eſt, rem præſtare poteſt. Victor eſt.) *dec. oct. Pl. quart.* (Ornamenta domûs.) *dec. non. Pl. dec. ſ. Pl. ſec. ſig.* 3. *undc. de Ar.* טלאע אננר *i. q* טלאע אננר *vig.* Schiſmatici *ita dicti à Nezjdato'bno Amir Haniſita* (Socii quidam *ita appellati.*) *vig. prim. Act.* V. *Conj. Ar.* ארתפאע (elevatio.) *vig. ſec. i. q.* 6, *ſec.* Expeditus-- Animoſus. *vig tert. i. q. Ar.* נביל צעיר *al.* חביל (Funiculus. *Gig.*) 2, Monilis ſpecies dodrantem lata. (Ornamentum ad latitudinem ulnæ) auro, gemmis, & margaritis plumata, quæ de collo ſuſpenditur, & ad imas pertingit mammas; ſpinther, *ſ.* bulla. *vig. quart. i. q. Ar.* מגרב Experimentis probatus; experientiâ, & rerum uſu ſubactus *vir.* 2, Aulæis, *ac* ſtratis inſtructa, & ornata *domus.* 3, Subſidiarius *v.* I, III. 1 Reg. 20. 16. *vig. quint.* Adjutor, defenſor. 2, Qui pugnâ dimicat. (Acie contendens. Interimens.) *vig. ſext.* Mœrore, angore affectus (perturbatus.) 2, Periens, interiens, perditus. *vig. ſept. i. q. vig. oct. vel pro eo. Gig. vig. oct.* Virga levis, quaad inceſſum excitatur, incitaturque *equus.* a whisk, or wand. 2, Lignum quo ſuffulcitur poſtica pars ſellæ camelinæ. *vig. non. Act.* III. *trig.* Chalcedonius lapis. Apo. 21. 19. c. 9. 17. *Erp. Gr. ὑακίνθινος. trig prim. i q. trig. non. trig. ſec. Act.* II. 2, *Ar.* ערו (Hoſtis) 3, *i. q. Ar.* תחניך (Cùm ſapientiâ quis excolitur. Exornatio, cùm quid ornatur.) *trig. tert.* Vehementer momordit dentibus genuinis: *cca. v. trig. ſext.* roſit dente genuino: Acerbè locutus fuit. (Inſtitit importunè; perſeveravit in re.) II. Judicio ſubactum, expertumque reddidit *fortuna. ccap. trig quart. Act. trig. qnint. c Articulo, et. ſeq. Ar.* מן אלכלאם ſermo vehemens. *Gig. trig. ſext.* Dens genuinus, *qui &* Sapientiæ *dicitur quod adultâ demum ætate prodit: utrinque tales bini, molarium extremi: ſubinde & equis ſunt: pro quibus exiſtunt Ar.* אניאב *in molipede*; *& Ar.* סואלע *in fiſſæ ungulæ quadrupede: in genere,* Dens molaris נאגד *dicitur Ar.* עצוא עליהא באלנואגד Illam firmiter apprehendite, *ut molaribus mordens, rem valide retinet. Ar.* צחך חתי ברתת נואגדה Riſu diſſoluto fuit: effuſè riſit. *trig. ſept.* Gnarus; confirmatus experientiâ, ſubactus rerum uſu (cui experimenta, & adverſa contigerunt) *trig. oct. Pl. anom. τῆ* נלך Talpæ. *trig. non.* Silphium, laſer, *Dioſc.* III. 94. *quadr.* Adolevit. *Gig.*

נגה נָגַהּ Splenduit. Iſ. 9. 2. Job 22. 28. *Fu* יִגַּהּ c. 18. 5. *Hiph. Fu.* יַגִּיהַּ Splendeſcere faciet. Iſ 13. 10. Pſ. 18. 29. illuminabit. נֹגַהּ f. Splendor. Iſ. 50. 10. *pec. propè ortum Solis, & occaſum, unde* Prov. 4. 18. Luciferum, *ſ.* Veſperum *exp. Rabb. v. Ch. Syr. Pl.* נְגֹהוֹת Splendores, Iſ. 59. 9 *hinc Gr. αὐγὴ, LXX.*

CHAL. הַגִּיהַּ *i. q. H.* 2, Correxit *librum. Moed. ka.* 18. 2. ספר טוגה Liber correctus. 3, Moratus *eſt*, tardavit. *Schab.* 10. 1. *Joma.* 28. 2. *Taan.* 24. 1. *Aph* דמגהי *Nidda.* 65. 2. *Ven.* דמגבי *Baſil. Amſtel.* מַגִּיהַּ Corrector. *Ketuv.* 106. 1. הַגָּהָה Correctio. 2, Animadverſio, annotatio, admonitio, *quâ aliquid ſpecialiter in textu libri illuſtratur.* נְגַהּ, נֹגַהּ Splendor; Venus, Lucifer. Dan. 6. 20 Eſth. 10. 3. Iſ. 14. 12. *Schab.* 156. 1. נְגֹהִי Dies, lux diurna. *Peſach* 1. 1. *al.* Nox. *v. Gemara.* נִיהַּ Splendor. Job. 18. 5. נְגִינוֹת Inſulæ. Pſal 97. 1. *Em.* נְגִינְחָא Iſ. 66. 19 *Cn.* נְגִינוֹת 11. 11. נינין Cingulum, zona. *T. H. Ervv. c.* 10.

SYR. ﻧﻬﺮ 2 ﻧﻬﺮ, ﻧﻬﺮ 3 ﻧﻬﺮ; *prim.* Illuxit, *dicitur De Luce Diurna* Jud. 19. 26. *v. Ar.* 1 Sam. 25, 36, 37. Luc 6. 13 c. 22. 66. *atque Nocturna*, c 23. 54. *Grotius. vel, propter accenſas lucernas Sabbatum dicitur* Luceſcere. Ruth. 3. 14. *conf. c* Joh 19 31. *Aph.* ﻫﻨﻬﺮ *Id. BB.* Pernoctavit, *F.* Luc. 6. 11. *de tenebricoſa noctis parte dicitur.* Ruth. 3. 14. *it.* Nunciavit. ﻫﻨﻬﺮ Illuxit. 2, Liberavit. 3, Evaſit, liberatus eſt. 4, Ceſſavit, requievit, *v.* ﻫﻨﻬﺮ. *ſec.* Aurora, manè, diluculum, Matt. 28. 1. crepuſculum, Act. 2. 22. *t. pec.* illa diei pars, quæ antecedit veſperam: *quando incipiunt*

Maronitæ ſuum legere officium publicum. Off. Mar. 1. apud quos, Horæ precum Canonicæ hæ ſunt, 1. ﻧﻮﻫﺮﻩ, Veſpera prima. ﻫﻨﻬﺮﻩ Veſpera ſecunda. ﻟﻴﻠﻰ nox. ﻓﺠﺮ aurora. ﻫﻨﻬﺮﻩ ﻟﻴﻠﻰ hora tertia. ﻫﻨﻬﺮﻩ hora nona. *Noctem autem dividunt in quatuor* ﻫﻨﻬﺮﻩ *ib.* 80. 104. 107. 121. *v.* ﻓﺠﺮ *tert.* Aurora, Lucifer, *ſtella* matutina. Eccli. 50. 6. *Nov.* 332.

SAM. *Aph.* הנגיה Pronunciavit, Lev. 24. 11. *An. Sam.*

ÆTH. ንግህ: Illuſtravit. Act. 2. 15. IV. ለነ ግህ: Manicavit, Mar. 16. 2. ንግህ: Manè, diluculum. Mat. 20. 1. Mar. 11. 20. ናግህ: *Id.* Pſal. 54. 19. ንግሀት: Matutina profectio.

AR. ﻧﺠﺎ 2 ﻧﺠﺎ 3 ﻧﺠﻮ 4 ﻧﺠﻮ, ﻧﺠﻮ 5 ﻧﺠﻮ 6 ﻧﺠﺎﺀ 7 ﻧﺠﻲ 8 ﻧﺠﻲ 9 ﻧﺠﻲ 10 ﻧﻪ 11 ﻧﻪ 12 ﻧﺠﻲ 13 ﻧﺠﻲ 14 ﻧﺠﻲ *Pl.* ﻧﺠﻴﻪ 15 ﻧﺎﺝ 16 ﻧﺠﻮﺍﺀ 17 ﻧﺠﻲ 18 ﻧﺎﺟﻴﻪ 19 ﻧﻮﺍﺝ 20 ﻧﺠﺎﻙ, ﻧﺠﺎﻙ 22 ﻧﺠﺎﻭﻩ 21 ﻧﺠﻮﻯ 23 ﻧﺎﺟﻴﻪ 24 ﻧﻨﺠﻲ 25 ﻧﻨﺠﺎ 26 ﻣﻨﺠﻲ 27 ﻣﻨﺠﻲ 28 ﻣﻨﺎﺟﺎﻩ 29 ﻣﻨﺠﻲ 30 ﻧﺠﻲ 31 ﻧﺠﻲ; *pr. Fut.* O, Evaſit: liber, liberatus fuit. 1 Sam. 27. 1. 2 Sam. 1. 3. 2 Reg. 19. 11. Pſal. 140. 11. *cc* מן. (& אלי *Bd*) & *c* ב Gen. 19. 17. Properavit, celer fuit, & prævertit *vir, camela.* 2, Exivit, emiſſa fuit è corpore, *urina, merda, ventus:* Excrevit illa, & *ita* pollutus fuit *homo.* 3, Dixit, communicavit *alteri* arcanum quid. *ccap.* 4, Excoriando ſeparavit à corpore *pellem cameli, evis. cca.* 5, Amputavit (ſuccidit) *arborem*, ejusque *ramos. cca.* 6, *Ar.* נבה Odoratus fuit, percepit, exploravit: Odorari voluit alieni oris odorem (halitu fœdè olente *prope illum* eſt allocutus: conſultavit, confabulatus eſt *cum illo.*) 7, *Ar.* תשוה לה ליציבה באלעין Incognitâ inductâ ſpecie ſe obtulit *illi, ut* oculo peteret; maligno, *puto* (Notam *alicui* appoſuit, *ut* oculo *illum* aſſequi poſſet. *cc* ל *Gig*) 8, Spoliavit *veſte. cca.* 9, *Ar.* אליום ننيخ ببرنخ Hodiè *non faciemus, ſed te* interimemus: *te* cadere faciemus ſupra terram prominentem; *& te* manifeſtabimus. *Gig.* 10, Aſcendit, Gen. 49. 9. *cit. Bd.* Sol à terra eminente convertitur. *Gig.* II. Liberavit, exemit *eum Deus. ccap. &* ען *r.* Pſal. 17. 49, 21; & 19. 6; & 29. 3; *Ro.* 2, Elevavit ſupra *Ar.* ننوﻩ, *i. e.* altiore loco. *ccap:* Opplevit, altiorem effecit *terram ſuam* contra inundationem. *cca.* III. *i. q.* 3, I. *ſ.* clanculum (palam *Gig.*) *cum eo* egit, locutus fuit. (conſultavit) Deut. 34. 10. Prov. 7. 13. Pſal. 108. 2. Act. 23. 9; *Er. ccap.* IV. *i. q.* II. Liberavit, *&c. ccap.* 2, Retexit (detexit) expoſuit *rem, Ar.* كشف *cca.* 3, Retroceſſit, diſſipata (converſa) fuit *nubes v. quart.* 4, Obtinuit quod requirebat; elicuit, recuperavit (*ab eo* reportavit *id quo*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quo egebat) *ccar.* & מן *p.* 5, *i.q.* 2, I. Exivit, *&c.* excrevit. *cca.* Assumptum *quid* reddidit per vesicam, *vel* alvum. *cca.* 6, Sudavit *homo.* 7, *i.q.* 4, 5, I. Escoriando, *&c. cca.* Resecuit *virgam de arbore. cce* & מן; *& alteri viro ramum. ccga. it. Transf.* Jussit amputari. *ccad.* 8, *i q. Arab.* אנגא *f. pro eo* Colligi idoneos, *ac* resecari dactylos habuit *palma.* 9, In confabulatione illi peculiare fuit, illud peculiare habuit. 10, Supra terram prominentem sedit. 11, *Ar.* אנגא עליה Acceleratè in incessu antequam macrescat, & imbecillitate laboret. *Gig.* 12, *Ar.* אנגי Coëgit, compulit. *Bd.* V. Expetivit altiorem locum *terræ. v. quint.* 2, *i q.* 6, I. 3, Removit; Recessit, se subduxit. 4, *i.q.* 9. IV. 5, *i q.* 10. I. 6, *i. q.* 7, I. *Gig.* VI. Clam inter se locuti sunt, *f.* egerunt: arcana invicem communicârunt (consultârunt) *Cor. Sur.* 58. 7, 8. VIII. *id.* & Delegit *eum* ut arcanum *illi* diceret: *illi* peculiariter destinavit, tribuit*ve* arcani communionem. *ccap. al. i. q.* 4. IV. Obtinuit, *&c. ccar. et* מן *p.* X. *Id. eâd. constr.* 2, Recentes dactylos acquisivit, comparavit, invenit, *et* comêdit eos. Decerpsit, collegit*ve eos de palma. cca. in genere. i. q. Ar.* אנחנא *f. pro eo.* 3, *i. q.* 1, I. Evasit, *&c.* Liberationem petiit, rogavit. Properavit. 4, Amputavit *ramos, et arborem*; *pec.* radicitùs excidit *eam. cca,* Removit, amovit. *cca.* 5, *i. q.* 3. I. *ccap.* 6, *i. q.* VI. 7, Pollutum stercore, urinâ, vento corporis locum mundavit; *ab Ar.* ננו *f.* detergendo lapillis, *f.* abluendo aquâ. 8, Traxit, extendit*ve nervum arcûs*; *vel* paravit *eum, sc.* ex intestinis post expressas fordes. *cca. sec. Act.* 1. 4, 5. I. 4, *Ipsa* Pellis quæ excoriando demitur. 5, Ligna pilenti camelini. *in gen.* Lignum. Ramus arboris; virga, baculus. 6, *i. q.* 5, *tert. vel ejusdem. Pl. tert. Act.* 1, I. 1 Reg. 19. 3. Redemptio, Col. 1. 14. Luc. 1. 68. Ebr. 9. 15. c. 11. 35. Rom. 2. 7. *Er.* 2, Camela agilis, velox properans*ve. v.* 1, I. *& dec. sept.* 3, *Terra*, de cujus arboribus arcus, & virgæ resecantur. 4, Ramus arboris. 5, Locus elatior, ad quem non pertingit aquæ fluxus. *ita ut pro vig. sex. esse possit.* 6, Terræ tuber, ὄγκος. 7, Aviditas; invidia (simultas.) *quart. Act.* 1, 2, 4, 5. I. 2, Excrementum ventris, quo quis polluitur, stercus. Ventus è podice exiens. 3, Nubes aquam suam effundens (cujus aqua exhausta, effusa*que* sit.) 4, Arcanum quod inter duos est. *v. et Ar.* ננא. *quint.* Fuga; salus, liberatio. 2, Terra prominens; locus (altior) elevatus. *cc* מן 3, *No. pr.* 4, *cum Articulo*, Oppidum quoddam *Gig. sext.* Oculo maligno petens: malignus oculo; *à* ננא *sept. Act.* 1, I. & Effugium, refugium, azylum. *oct. Act.* III. & *Pl.* תּ *Ar.* ננו Nubes. *et Pl.* תּ *Ar.* נני consortes arcani. *non. Act* 3, I. *No.* (*Sing. et Pl.*) Consors arcani, socius quem secreti participem facimus. *dec.* Agilis & velox *camela. undec. id. præc. Ar.* אבן. *No. pr. duodec. No. mulieris. dec. tert. No. pr. dec. quart.* Quem consulis, cum quo confabularis. *& prius* Regio quædam. *dec. quint.* Evadens. Celer. *al. Masc.* תּ *dec. sept. No. Gentile ab Ar.* בנו נאגיה *dec. sept.* Evadens. f. Camela velox cum insessore prævertens *v.* 1, I. *juxta plerosq*; *caret Masc.* בנו נאגיה *Diptoton.* Gens quædam Arabica ita dicta. (Aqua quorundam. Locus quidam.) *dec oct Act.* 3, 4. I. *et No.* Res occulta: arcanum, clandestinum colloquium, negotium*ve. Cor. Sur.* 20. 61. & 21. 3. & 58. 6. Consilium; concilium; conventus, conventiculum *est à Diabolo*, 9. *it.* Arcana loquens, *Pl.* ננוא loquentes: *uti dicunt Ar.* קום רצי *Ridàn, Act, usurpantes pro No. Adject. ib.* 11, 12. & 43. 79. *dec. non.* Pandiculatio, *Ar.* סטואה *at quod perperam pro Ar.* ננוי *vel* ננואה *positum esse vult Ca. vig Pl. dec. sept. vig. prim.* Latus *et* amplus tractus terræ. *cc* מן *v. quint. vig. sec.* Propera. *vig. tert. Pl.* תּ *non. signif.* 2. *vig. quart.* Locus quidam. *vig. quint.* Locus excelsior, ubi quis evadere possit inundationem. *vig. sex.* Effugium, liberatrix, *sic dicitur* eleemosyna. *vig. sept.* Ensis *cujusdam. No. propr. vig. oct.* Colloquium, confabulatio, *Pl.* Altercationes, dimicationes. *vig. non.* Liberator, redemptor. ¶ *trig.* Evasit, liberatus fuit. 2, Elevavit, extulit, in altum locum. *ccap. v. quint. & Conj.* II. IV. V. VI. VIII. X. *in Ar* ננו *ubi Je, fere pro Waw. trig. prim.* Species quædam Cinnamomi. *Avic.* I. 156. 30.

נגח AR. ناجر 5 ناجر 4 ناجر 3 نجر 2 نجر, ناجر 6 نجاوير 7 نجار 8 نجه 9 نر 10 مناجر 13 نجر 11 الاجره 12 مناجر 13 مناجار; *prim. Fut.* O. Confecit (absolvit) negotium, promissum *cca.* 2, Perfectum fuit *promissum.* 3. Ad finem provenit finita (absoluta) fuit *oratio.* Periit *res*, obsolevit (antiquata est) *Av.* I 143. 19. Abiit. 4, *mediâ Kesr. id. sign.* 2. 3. Job 42. *fi* Prov. 31. *fi.* 5, Præsers, *ac* promptus, *f.* in promptu fuit. III. Ad pugnam se accinxit, descendit in arenam. IV. Satisfecit *promissis*, complevit *ea.* Gen. 18. 19. Rom. 4. 21. Gal. 3. 22. 1 Th. 2. 5. *Er.* אנגו עלי אלקתיל *Illi vulnerato mortem inferre* non destitit. *Gig.* V. *i. q. Ar.* חננח Prompte prosperéque expedivit *rem. cca.* 2, *i.q.* אלח Instituit *potationi. cc* פי. 3, *i. q.* 3, I. *Gig.* VI. Dimicarunt inter se, *ac* conflixerunt (contendit, annisus est ad finem producere.) X. *i. q.* 1, V. *cca.* 2, Rogavit ut expleret *promissa, ccga. sec. i. q. tert. sc. Act.* I. הו עלי ננו חגאתה Imminet negotio suo, propè abest à meta ejus, & fine. *quart.* Limbus astrolabii. *quint.* Præsens, præstò adstans. *Ar.* נאגוא, בנאגוא, Promptè expeditè. *sext.* Regio quædam. *sept.* Consumens *ira.* 1 Th. 2. 16 *oct.* Finis Eccl. 3. 11. Sap. 16. 6. 2 Cor. 1. 13. *non. i. q. oct. dec.* Finis, usus, fruitio rei alicujus. *undec.* Urtica. *Av.* I. 133. 8. & 250. 22. II. 126. 20. *c Re pro Ze. v.* אנן. *duodec. Act.* VI. (Certamen, mutua cædes. *Gig.*) *dec. tert.* ἀπότομος, Compendiarius, brevis, præcisus. *Bd. dec. quart* Definitivus *sermo.* Rom. 9. 28. *dec. quint. Act.* III. (*i. q. duod. Gig.*) Pugna. *Av.* II. 41. 43. *Plur.* 12.

נגח *per Metath. Lat.* Conisavit (*altern.* ג & *sc.*) cornupetiit, feriit, percussit. κάινω, Exod. 21 28, 31. *Pih. id. Pa.* מנגח Dan. 8. 4. *Fut.* Deut. 33. 17. Psal. 44. 6. *Hithpa. id.* Dan. 11. 40.

נגח m. Petulcus, cornupeta, Exod. 21. 29. *v.* נוח, דחף.

CH. נגח *i. q. H. ib & Pah* איל המנגח Aries percutiens, *instrumentum bellicum, Aph. id.* Ez. 32. 2. *it. & c* קרב *ferè*, Prælium commisit, bellum iniit, Num. 21. 26. Jud 5. 23. c. 11. 5. *Pa.* Psal. 56. 2. *In. Aff.* אנחותך 110. 3. *Fut.* 1 Sam. 17. 32. *conv. c* ממ: *cni Rn.* Psal. 44. 6. (*hinc Angl.* To make war.) *Ithpa. i. q Kal.* Exod. 17. 16. נגח *i. q. H. ib.* נגחן *Id.* Exod. 21. 36. *Jon. Pl.* נגחנין Psal. 22. 13. *Reg* f. נגחנית *Metz.* 80. 1. נגיחה Cornupetitio. אנחותא Prælium, bellum, Job 38. 23.

AR. نجح 4 نجح 3 نجح 2 نجح مناجح 5 نجاح 6 نجاح 7 نجاح 8 مناجوح *Pl.* مناجح 9 نجيح 10 نجاح 11 نجاح 12 مناجح مناجح, مناجيح 13 مناجحه ¶ 14 نجح 15 ناجح, مناجح 16 نجاح 17 نجاحه 18 نجوح 19 نجيح 20 مناجوح 21 مناجح 22 مناجح 23 مناجح 24 ناجح; *prim. Fut* A. Prosperè evenit *res.* Num. 14. 41. Deut. 29. 9. c. 28. 29. Jos 1. 7, 8. Facile, & expeditum fuit *negotium.* (Voti compos fuit. *seq. Arab.* אלחאגה Necessitas desiit, expugnata est: Res finem obtinuit.) II. *Transf.* Secundavit, prosperè promovit. *cca.* Gen. 24. 21. *Er.* IV. *Id.* Pro-

speravit, & *cc* ל *p*, & *ar.* VV. 7, 21, 40, 42, 56. 1 Reg. 2. 3. c. 22. 12. Neh. 2. 20. Prosper fuit. c. 1. 11. 1 Reg. 22. 15. Dan. 8. 12. Feliciter, & facilè successit *res.* Prosperè expedivit *negotium alterius. cca.* Superavit, vicit *alium. cc* ב *p.* (*Necessitatem* abolevit *Deus*; *eam* domuit *Zaidus.*) Confert. *Av.* II 175. 21. & 12. 43, 44. & 27. 31. & 143. 18. *Ar* מא אפלח הו ולא אנגח *Quàm maximè felix est rerum successu.* V. Facilè, *ac* prosperè expedivit rem. *cca. Ar.* חננח אלחאגה Necessitatem abstulit, eam domuit prosperitate succedente; finem imposuit rei. *Gig.* VI. Vera acciderunt, verum eventum habuerunt *somnia.* X. *i. q.* V. *cca. sec. Act.* Felix successus. Voti compotem fieri (expugnatio rei. Salus.) *tert. Nom. propr. quart.* Facile, & expeditum, *aut* prosperi successûs *negotium.* 2, Vehemens, & incitatus *incessus*, *vel* tale *iter. quint. i. q. sec.* Profectus. Phil. 1. 12, 25. 1 Tim. 4. 15. Juvamentum. *Av.* I. 604. 49. *confectio* alnajachi. 594. 46. & 416. 52. *lutum.* II. 17. 21, 42. *c Je fin. it. Nom. vi. sext.* Patientia (tolerantia.) *sept.* Prosperitas εὐθυία. Psal. 121. *cit. Bd. oct.* Puer expositicius, projectitius. *Sch. i. q. Ar.* מנבור *vel pro eo. non. i. q.* 1, 2, *quart.* 2, Felix, *ac* sanum consilium; proba, *ac* recta sententia. 3, Juvativum. *Av.* I. 477. 34. *it. Nom. propr. ut & Ar.* אבי נגיח *seq. Ar.* מן אלנאם Post necessitatem prosperè agens; Victor. *dec.* Patiens *anima*, *f. animus. undec.* Utilitas (*B.* Velocitas *crisis.*) *Av.* II 46. 44. *Ar.* באלאננאח Ob prosperum successum. I. 39. 9. *duodec.* Felix consilio, judicio*ve*; qui faciles, prosperos*que* rerum suarum successus habet. Gen. 39. 2. Prosperare faciens. v. 3. 23. Proficiens. Gal. 1. 14. *et i. q.* 2, *quart.* (Necessitatem domans; vota obtinens, adjuvans.) *it. Nom. vi. dec. tert.* Adjuvantia. ¶ *dec. quart. Fut.* A. Gloriatus fuit (factum præ se tulit.) 2, Fodit *puteum* (*sed* obliquo tractu, *et* obduxit calce) *cca.* 3, Concitavit ventum, pluviam*ve occidens sydus.* 4, Partem de clivo vallis abruptam in medium rejecit *torrens.* VI. Gloriati sunt inter sese. Agitatæ, *et* inter sese collisæ sunt *undæ maris.* VIII. Sonuit, murmur*ve* edidit *podex jumenti. dec. quint.* Sonum tussiendo edens. *et prius*, Undis streperum, *et* sonorum *mare.* 2, Ipse sonus *maris* in litore illisi. *dec. sext.* Sonus tussientis (sternutantis) *dec. sept.* Sonum genitalibus edens in congressu *mulier*; *aut* quæ *velut* sudore madet, madorem*ve* abstergit. *cc* ל. *dec. oct. i. q.* 2. *dec. quint. dec. non.* Fragor, strepitus, vox. *vig.* Butyrum adhærens lateri vasis, in quo conficitur. *vig. prim.* Mare procellosum, *et* fragosum. *vig. sec.* Mons arenosus. *vig. tert. i. q. vig. prim. vig. quart* Jactatio; fastus: disceptatio de nobilitate. Undarum agitatio, ità ut ad littus erosum allidant.

נגט CH. נגוטא Calix, scyphus, *i. q.* שׁ. 38. 2. *Al.* Gutta aceti; *malè. per Metath. Malaic.* Gindi.

נגל SYR. ; *prim. i. q. Ar.* ארפע. *sec.* Cito citò, velocissimè. *BB. Corruptè pro* עגל.

AR. جل 6 جل 5 جل 4 جل 3 جل 2 جل 7 تاجل 8 نجال 9 تواجل 10 جيل 13 جلاء f. الجل 12 جيل 11 مناجل *Pl.* مناجل 14 مجول 15; *prim. Fut.* I. Jecit, projecit, propulit*ve rem*; *uti filiæs pede suo camelus. cca & c* ד. 2, Produxit, genuit *eum pater suus. cca. v. Ar.* נסל. 3, Manifestam fecit, conspicuam reddidit (evulgavit, eduxit) *rem. cca.* 4, Confodit, fidit, utrunque, *pec.* lato vulnere, *f.* patentiore fissurâ confodit *eum. ccap.* 5, Excoriavit *animal* à suffraginibus inceptâ fissurâ. *cca* (*corium* fidit à posteriori eminentia tali, tum excoriavit.) 6, *Viros* mutuò exhilaravit. 7, Paravit, purgavit; aptavit *domum.*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mum. Gen. 24. 31. 8, *Fut.* O. Anteriore pede (priore parte pedis) percusit *hominem*, ut provolutus sit. *cca. & hinc* Malè fecit *ei. ccap.* 9, Eduxit. exemit (detexit *tubera.*) 10, Herbis viruit *terra.* 11, *mediâ Kesr.* Amplis oculis, patentiore eorum rimâ præditus fuit. IV. Misit equum suum in *Ar.* נגיל *cca.* VI. Dimicârunt inter se, & disputâruut; *Ar.* תנאועוא. VIII. Manifesta, & conspicua evasit *res.* 2, *i. q. Ar.* מצא Abiit, præteriit, perrexit 3, Aquam detexit ad fundamentum parietis. *Gig.* X. Multum emanantis aquæ habuit *terra*, vallis, *alveusve. v. tert.* (Multus limus à terra emersit: paludosa fuit tellus, *ac* limosa; & limosus fluvius. *sec. Pl. duod. tert. Act. sign. quavis, exceptâ ult.* & *i. q. Ar.* נסל *vel pro eo.* Genus, stirps, propago. Natus, filius; fœtus. Genitor. Aqua è terra exiens, *ac* restagnans. Aqua fluens. Collectio, & coacervatio multa. Vehemens incessus. Via recta, & regia. Cùm tabula scriptoria deletur, nitida*que* redditur. (Actio; lis, litis actio.) *quart. Act.* 8. *quint. Act.* 11. Amplis oculis. *sext.* Genitor, parens. *Dual.* Parentes. 2, Γνήσιος generosæ stirpis *equus. sept. Pl. τὸ duod. oct.* Plantam *Ar.* נגיל *dictam* pascentes *cameli. non.* Planta ex *Ar.* חמץ genere, *Ar.* אלהרם *dicta* (genus ciceris) *v. Ch.* חמצח *conv. c* Nigella, *H.* קצח *Judæis* Vicia; *at aliud videtur leguminis genus. it.* Fœnum, gramen, folia sicca. Isa 9 18. c 37. 27. Hos. 10. 4. Mic 5. 6. *dec.* Locus quidam. *undec.* Aqua quorundam. *duodec.* Longus latus, amplus. Patentibus oculis præditus *vir*; *et* amplâ fissurâ conspicuus oculus. Magnum vulnus infligens *confossio.* Lata, *et* spatiosa *area. c Nunnatione*, Cimex. *Av.* I. 380. 11. *pro quo alibi Arab.* אנחל *et* איחל 240. 28. *et* 546 41. *dec tert.* Falx messoria. Deut. 16. 9 c. 23. 25. 1 Sam. 13. 20, 21. Zach. 5. 1. 2, Amplum vulnus infligens *cuspis* (plaga ampla dentibus illata.) 3, Convoluta in se, *et* luxurians *seges.* 4, Multos liberos habens *vir.* 5, Terræ tuber pede suo percutiens, jactans*ve camelus* (pede tubera terегens, à terra educens.) 6, Res qua deletur tabula scriptoria. *v. penult. tert. et Minazili, pro Ar.* מן אגל Propter. Cant. 7. 13. Susan. 10. *dec. quart.* Mons quidam. *dec. quint.* Fissurâ à suffraginibus inceptâ excoriando detracta *pellis. v.* 5, I. *Ar.* אנגיל Evangelium. *v.* אנג.

נגם AR. بَجَم 2 بَجْم 3 بَجَ, بَجَا 4 بَاجِم, بَجِم 5 *Pl.* بَوَاجِم *Pl.al.* بَجَام, بَجَا 6 بَجَا 7 بَجَام 8 بَ 9 10 بَجِم 11 بَجُم 12 أَجَام 13 14 مَبْجَم 15 بَجِ 16 مَبْجَم 17 بَجِ, مَبْجَم 18 نَبْجِيم 19 20 ٱلْأَبْجَام 21 نَبْجُومِي; *prim. Fut.* O, Apparuit, conspicua fuit *res* (*ut* ינגם eluceſcat) Orta fuit *stella.* Prodiit *dens, cornu, planta, et. hæreticus.* Scaturivit *aqua.* 2, Per partes suas, certo*que* & constituto tempore dedit, *aut* præstitit *quid. cca. seq.* אלמאל Gramina, & herbas absque caudice præbuit armentis. *Gig.*) 3, Gemuit. Increpuit. *id.* II. *i. q.* 2, I. 2, Astrorum studiosus fuit, ex astris prædixit, præsagiit, divinavit, inquisivit. Ezech. 12, 24. c. 13. 5, 23. c. 21. 21, 23, 29. Certo tempore constituit, *ac* definivit *quid* ex syderum aspectu. IV. *i. q.* 1, I. 2, Finem cepit, desiit *pluvia, frigus* (*rem* avulsit, extirpavit, *Gig.*) 3, Sudum evasit *cœlum: & absol. Ar.* אגנמת *supp.* אלסמא Serenum fuit *cœlum, f. tempus.* V. Stellas observavit, contemplatus fuit (*sc. earum cursus & gradus, sive* ob studium, *f.* ob amorem) VIII. *i. q.* IV. Desiit *pluvia, frigus:* discussa fuit, evanuit *nubes.* 2, Hoc deliberavit, decrevit. *sec.* Stella, sydus. Apo. 2. 28. *Er.* 1 Sam. 28. 8 *Cor. Sur.* 53. *t. c* אל Pleiades (Hyades. *Gig.*) 2, Tempus præfinitum, indicta hora. 3, *i. q. Ar.* אצל Certa, & vera Origo; præfinita rei cujus*que* ratio (res quælibet, cujus pensum tibi assignetur) *hinc* ליס להרא אלחרית ינגם *Nullum est huic dicto* fundamentum; nihil in eo certi est (Hæc traditio caret principio: immemorabilis est exordii. *Gig.*) 4, Planta carens omni caule: *nti* Gramen *Avic.* I. 217. 22. 5, *Nom. proprium. tert. i. q.* 4, *sec.* 2, Ejulatus. *Ar.* رن ينمة Asinus. *quart.* Valide gemens. *post.* gemitus. *quint.* Antecedens. *Pl.* 1 Cor. 15. 23. Rom. 11. 16. *Pl. al. for.* Primitiæ. Pro. 3. 9. *sext.* Astronomus, astrologus. *pec.* qui tempora ex astris discernit, & definit. *primâ Kes. Gig sept.* Astronomia, astrologia. *oct* Fluvius quidam Locus quidam. Sæpius gemens. Avarus. Leo. Equus cujusdam, & Cognomen. *non.* Avis quædam. *dec. Pl sec. undec. Act.* 1, I. 2, *Pl. sec.* Pf. 8 4. & 135 9. ארבאר אלנגום *Recessio stellarum, quæ Madumedanis Orandi tempus est. Cor. Sur.* 52. *fi.* (*et* 50. 36. *Bd.*) & *i. q. sept.* ננום אלאחד Mansiones Lunæ, quales 28. *duodec. Pl. sec.* Apoc. 3. 1. *dec. tert. Pl. sec. dec. quart.* Origo, & caput *mali & erroris est.* 2, Aperta, & patens via. 3, Fodina. *Gig. dec. quint.* Os quoddam in pede prominens, utrinque unum. *dec. sext. i. q. dec. quint.* 2, Ansa libræ latior, in quo examen consistit. *dec. sept.* Certo, & præfinito tempore peractus, ita præstitutus: per sydera definitus. *dec. oct. i. q. sext.* Jos. 13. 22. Is. 47. 9. Deut. 18. 14. *Avic.* I 40. 25. מנגם חננימאח Astrologiam exercens, 10. f. 1 Par. 10 14. *dec. non.* Divinatio, Ez. 13. 23. c. 12. 24. c. 21. 21, 22, 23. astrologia. 1 Sam. 28 9. Jer. 14. 14. Horoscopus, Is. 16. 6. *vig.* Deliberatio, decretum. *vig. pr.* Stellaris אלעלם אלנגומי *Scientia syderalis, Astronomia. Geogr. Nub.* 4. 14. *Av.* I. 40. 39.

נגן Manu pulsavit *instrumentum musicum.* Psal. 68. 26. *Pih.* נגן *id. Pa.* מנגן ביד modulans in manu. 1 Sam. 19 9. & 16. 16. *unde propria patet verbi significatio. Claruit in hac arte R. Eleazar, v. Benjam. Itin.* 70. נגינה f. Pulsatio fidium, modulatio. *Cn. pro Absol.* נגינת Ps. 61. 1. *Aff.* 77. 7. Thr. 3. 14. *Pl* נגינות Ps. 69. 13. & 4. 1. *Aff.* Hab. 3. 19. מנגינה *Id.* Thr. 3. 63.

CHAL. נגן *i. q. H. ib.* & נגינה *Pl.* נגינן *Em.* נגינתא Ps 67. 1. *Gram.* Accentus, modulatio; Lectio juxta accentus, *qui notæ musicæ sunt*; & נגון *Id.* 2, Melodia, concentus, tonus, cantus. Ez. 26. 13. Is. 38. 20. כחמת חבור הנגונים Musica (Poema) *v. Bx. Cosr.* 133. מנגן Psiles, modulator. נגנין *al.* נגני Memoriæ, historiæ rerum gestarum. עז 4. 1. נגנין Fissuræ. *Ba. Bathra* 103. 1. *Kidduſh.* 61. 1. *Ar.* מנגנק *v* מנג.

נגס CHAL. נגס Masticavit, manducavit, comedit. *Bresh. r. f.* 14. *fi.* מאן דלא לעי לא נגים *Qui non laboret, nec manducet. v.* 2 Th. 3. 10. *Tibb. jom. c.* 3. 6. נגיסא Manducatio. נגוסטרי. *v.* גנס.

ÆTH. ነገሠ: *vide* נגש.

AR. نَجَس, نَجِس 2 بَجِ, نَجِس 3 أَنْجَاس *Pl.* نَجُس 4 بَجِ 5 نَاجِس, نَجِس 6 نَجَاسَة 7 نَجِس 8 مَنْجُوس 9 مَ 10; *prim. Fut.* A, Impurus, *ac* spurcus fuit. Lev 12. 2. II. Impurum reddidit, conspurcavit, contaminaxit, fœdavit, polluit. Ps. 61. 10. & 73. 7. & 78. 1. Profanavit, *cca.* Ps. 88 34. *Rom.* IV. *i. q.* II. V. *Pass.* II. Pollutus fuit, *& c.* Num. 5. 27, 29 c. 6. 7. 1 Sam 21. 5. Contaminavit se. 6, Fecit quid, quo impuritatem, & spurcitiem amoveret (ob quod mundaretur, nec immundus esset.) VIII. *Pass.* II. Lev. 11. 24, 43. c. 12. 2. Num. 5. 14 *Er. sec.* Impurus, spurcus. Act. 10 14. 1 Cor. 7. 14. *Er. tert. Act.* Impuritas, spurcities. Rom. 13 13. *Erp.*

fœditas, Psal. 61. 10. *Rom. quart. i. q. sec.* Lev. 5. 2, 3, 4. 1 Cor. 7. 14. *quint.* Insanabilis morbus, à quo convalescere quis nequit. 2, Profanans, polluens; in angustiam redigens. *Gig. sext. i. q. tert.* 1 Sam. 21. 5. Gal. 5. 19. Col 3. 5. Psal. 52. 2. *Rom.* 1 Cor. 7. 14. *Pl.* נגאסאת 1 Pet. 4. 3. *Er. Psalt Rom p.* 449. 24. *sept. Act.* II. 2. Res, quâ averruncatur oculi maligni noxa; quæ ex sordibus, ossibus mortuorum, *aut* panniculo menstruis fœdato, fieri solet, collo*que* in eum finem appendi. *oct.* Petulans, improbus. 2, Pediculus cameli. *non.* Amuletum averruncum. *f. i. q. sept. dec.* Inquinatus. עיר מנגום Incontaminatus.

נגע נָגַע Tetigit, att- pertigit, levius, *cc* ב Dan. 8. 5. Zach. 2. 12. graviùs, *et* interiùs, *cc* אל ,על ,עד Job. 2. 5. *Merc.* Jer. 4. 18. *Ch.* Jer. 4. 10. Job. 4. 5. *at hoc non semper.* Percussit, plagis affecit. Psal. 73. 14. Isa. 53. 4. *Pih. id.* Gen. 12. 17. 2 Reg. 15. 5. *Niph. Pass. præced.* Jos. 8. 15. *Pyh. id.* Psal. 73. 5. *Hiph.* הִגִּיעַ Pertingere fecit, admovit, conjunxit. Ex. 12. 22. Deturbavit, dejecit. Is. 25 12. Pertigit. 2 Par. 28. 9. *Absolutè* Pervenit, advenit, Ez. 7. 12. *Pa.* מַגִּיעַ Gen. 28. 12. *Log.* Finitum. בִּלְתִּי מַגִּיעַ *Log.* Infinitum. *Pl. Cn.* מַגִּיעִי Conjungentibus, Is. 5. 8. *Causæ* מגיעות procatarcticæ *In.* וּבְהַגִּיעַ Esth. 2. 12. *Fu.* יַגִּיעַ Pertinget, Is. 8. 8. וַיִּגַּע & admovit. c. 6. 7.

נֶגַע m. Plaga, percussio, *corporis, animæ, f. rei inanimatæ.* Exod. 11. 1. *Af.* Lev 13. 44. *Pl.* נְגָעִים Gen. 12. 17. *earum inspectio cuivis permissa, dijudicatio Sacerdoti tantum. Negaim* c. 3. 1. *Cn.* 2 Sam. 7. 14. *Synechdoch* Lepra Lev. 13. 46: *VLa. Gr.* ἁφὴ *nt et. Angl. Morbus Gallicus,* The touch.

CHAL. *Ithpa.* אִתְנַגַּע Percussus fuit. Is. 6. 1. נְגִיעָה Accessio, *sic Beth dicitur quod Nom. perfigitur, ut* Gen. 2. 24. באשתו 2, Tactus. אֶבֶן מְנַגַּעַת *lapis tactûs,* grando.

SAM. נגע Accessit, tetigit. Gen. 20. 4.

ÆTH. ለንጥ: Medulla *ossium.* Ἐντεφώνη. Pinguedo, *v. Ar. per Aphær. conv. c* ὀξυγλεν; Psal. 62. 6. & 72. 7 *it.* Intestina, intima cordis humani (*ut Medulla*, Heb 4. 12.) Jac. 4. 1. ፈሐለ: ለንጥ: *Org.* X. ለስተንጥ: Medullam quæsivit, *f.* appetivit. *Propriè* Confregit ossa *in duas aut tres partes, capiendæ* medullæ *causâ*; Emedullavit. Num. 24. 8. *JL.*

AR. سَجَاع بَجَاع 2 بَجَع (سَ *Gig*) 3 بَجُوع 4 د 5 بَجَعَة *Pl.* بَجَع 6 بَاجِع f. ة 7 مَبْجَع 8 مَبْجَع 9 بَجِ 10; *prim. Fut.* O, & I. Benè profecit, cessit*que* edenti *cibus.* Profuit, juvit, auxiliatus est. *Ar* نفع *Avic.* I. 250. 15. & 371. 41. 2, Convenit, conduxit *equo pabulum*; *homini medicamentum. cc* فِي (Pabulum, *f.* res ingressa est os ejus, & in illo impressionem fecit.) 3, Efficaciam, *f.* effectum habuit *exhortatio, oratio. cc* فِي *p.* 4, Benè habuit, valuit *quo ex aliqua re. cc* ען *r. vel c* ב *r. Ar.* طعام ينغ ענה ברה *f cibus quo quid* pingue*scat*; *cibus* pinguefaciens. 5, *Fut.* A. Potandum præbuit *camelo* aquam farinâ mistam. *cca. vel ccga. vel cap* & ב *r.* 6, Pabulum, & aquam quæsivit. Accessit *alium* beneficii ergò. *v.* VIII. II. *i. q.* 1, I. Salutaris fuit, effectum*ve* habuit *oratio, medicina.* IV. *Id.* 2, Felix fuit, prosperè egit. *i. q. Ar.* אפלח 3, Lactavit, *f.* lactare fivit *pullum cameli.* 4, *i. q.* 2, I. Valuit, profuit. *Av.* I. 371. 41. V. *i. q.* 6, I. VIII *id.* Pabulatus fuit, pabulum quæsivit, expetivit; migravit *illius ergò.* Psal. 104. 23. *Pa. Poc. Sp. H. Ar.* 3. Quæsivit pascuam, *f.* sativam *terram. cca.* 2, Petiit, âdiit*ve alium, beneficii consequendi ergò. ccap.* X. *i. q.* 1, I. Benè habuit, Pinguior evasit, *è cibo benè digesto. cc* ב. *sec.* Audax, strenuus. *tert.* Salubris, benè proficiens *aqua. Ar.* נמיר *Av.* II. 47. 2. 2, Aqua farinæ quid mixtum habens, *quæ præbetur camelis. Ar.* מריד. (Aqua dulcis, *f.* salsâ. *Gig.*) *Ar.* נוב אלצבי *qs. Potus, & alimentum infantis, est* Lac. *quart. Act. sign. quâvis. quint.* Pabulario, quæ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quæ ſuo loco fit (Iter ad herbas quærendas.) *ſext. i. q.* 2, *tert.* 2, Proficiens, quæ confert. *Av.* I 96. 17. *ſept.* Conveniens, ſaluber, benè proficiens. *pec.* Miſcella, *ſ.* offa farinâ & aquâ conſtans, *quæ in os ingeritur camelis.* (Folia excuſſa & arefacta, *ac* trita cum farina, & aqua commixta *pro cibo gratiſſimo camelorum.* Subnigricans ſanguis, *propriè*, interioris corporis. *oct.* Manſio ubi ſubliſtunt, qui pabulum quærunt. *non.* Aliquid adventu ſuo quærens. *dec.* Raſcatio. *Avic.* I. 394. 12. *v. Ar.* בחח.

נגף נָגַף Cæcîdit, percuſſit, plagis affecit, *propriè* corpus *ad mortem. & citra. Eſt pluſquam* נגע. *hinc* נֹגֶף; *conv. c* נקף. 2, Offendit, impegit, Iſai. 19. 22. 2 Par. 13. 15. *Fu.* Prov. 3. 23. *non* תִּגּוֹף offendet. Pſ. 91. 12. *Niph.* נִגַּף *Paſſ.* 2 Sam. 10. 15. Lev. 26. 17. *Hithpa. Fu.* Jer. 13. 16. יִתְנַגְּפוּ offendant.

נֶגֶף m. Plaga internecionis, clades, cædes. Joſ. 22. 17. Num. 16. 46, 48,

מַגֵּפָה f *id.* 50. *Cn* Zach. 14. 15. *Af.* Ex 9. 14.

CHAL. נְגַף *i q. H.* Pſal 89. 24. Ex. 21. 35. *Ithpa.* Jer. 13 16. נִגְּפָה Læſio, percuſſio. הַנְגָּפָה Concuſſio, colliſio. *Sota* 42. 1. מַגֵּפָה Plaga. *Machſhir.* c. 6. 8. נגפס Arefactus eſt. *Aruc ex Micvaos. c.* 4. 3. *ubi leg.* נכבש *Si deſcenderit in canalem pulvis, &* ille ſubigatur, *& tenuis fiat.*

SAM. *Niph. Pa.* נדב Percuſſus, *Pl.* Deut. 28. 7. שדדג, שדג Plaga, Ex. 12. 23, 27, 13.

ÆTH ነገፈ: Excuſsit *pulverem*, Mar. 6. 11. Act. 13. 51. *veſtem*, c. 18 6. IV. አንገፈ: Eripuit *è manu*, liberavit *captum.* Pſ. 105. 11. & 30. 1. & 36. 42. *cca. Af.* አንገፍ: Act. 28. 5. *pro* ነገፍ: (a, Abſtulit, amovit *triſtitiam.* 2 Sam. 13. 27. *ſ L.*) V. ተነገፈ: Excuſſus, decuſſus fuit. Pſ. 108. 22. 1 Pet. 1. 24. Decidit. Pſ. 1. 3. ንጥፍ: Excuſſus *Pl.* ንጥፈን: Pſ. 126. 5. ነጋፋ: Excuſſor. (መንገፈ: Qui *aliquid* tollit, *ſ.* amovet. *cc* ለ: መንገፈ: ለሳሕየ: f. መንገፊት: *ſ L.*) ነገፊት: Excuſsio.

AR. ﻏَﻒَ 2 ﻏَﻒْ 3 ﻏَ 4 ﻏَﺎ 5 ﻏَﻒَ 6 ﻏَﺎﻑَ 7 ﻏَﻒَ 8 ﻏَﻔَﻒَ 9 ﻣُﻐَﻔِّﻒ 10 ﻏَﻒَ; *prim.* Aſciavit (aptavit) *ſagittam.* Latum fecit, dilatavit. *cca. v. ſept.* 2, Penem hirci religavit, cohibuit *ve. v. ſext. & dec.* 3, Benè mulſit *ovem, lac* prorſus emulgens. *cca.* (Illi ſepoſuit partem modicam *lactis. Gig.*) Radicitus excîdit *arborem. cca.* II. *Ar.* ננפת אלריח אלכתיב *h. e.* חרפתרה *Ca.* Superiore parte attenuarunt, declivesque effecerunt *venti tractus, aut cumulos arenarum. cca. v. oct.* (*Ventus* ſolum ſuperficie nudavit. *Gig.*) 2, *Ar.* נגף לה ננפה אעול לרה קלילא מנרה מן אללבן *h. e. v.* 3, I. *Gig.* IV. *i. q.* 2, I. Alligavit hirco *Ar.* ננאפא. VIII. Eduxit, *cca.* Vacuavit, *pec. ovem* ſuo lacte. *& Ar* אסחפרע Evacuavit *ventus nubem. cca.* X. *Id. cca. ſec. Act.* 2, 3. *tert.* Locus altior ad quem pertingit aqua (quem aqua non alluat) *pec.* oblongior & declivior; *& quidem* in medio vallis, alveive, *vel et. alibi* in terra. Terræ pars rotundior, ſupra reliquas exſtans: Agger, collis, tumulus. Cortices herbæ, *Ar.* צליאן *dictæ. quart.* Locus quidam ad Batſarah. Locus alius *ſ.* agger, propè Cuphitas *Gig.* 2, *i. q. tert. Ar.* ננפה אלכתיב Congeſtus vento cumulus, tractus *ve* arenarum, & ſupernè in acutum conſtrictus. *v.* I. II. *quint. Pl.* ﻣﻐﻔﻒ *ſept.* 2, *Ar.* אלאחלאק מן אלשנאן *Ca.* Mucrones detriti. *Gig. qui pro* אלשנאן *habet* אלסנאן. *ſext. Act.* 2, I. *& ipſa* Pellis, corium *ve* quod inter veretrum hirci & anteriorem ventrem religatur, nè coire poſsit. 2, Limen inferius portæ; id *ve* quod eo anterius. (Poſtis, ſuperliminare, cardo.) 3, *Pl. ſec.* (Arva, ſata.) *ſept.* Latâ cuſpide *ſagitta. oct.* Modica quantitas, parum. *non.* Cophinus, *Ar.* זנביל (Ciſta, calathus.) *dec.* Lata, *ſ.* latâ cuſpide *ſagitta.* 12, Amplum *ac* patens antrum. Capax, & patulum *vas.* 3, Penem ad pedem, *vel* retrò revinctum, *aut* vinculo *Ar.* נגאף cohibitum habens *hircus*; & ita ab initu prohibitus, *Arab.*

מנקטע מן אלנכאח *& i. q. Ar.* גבאן (Meticuloſus, timidus.) *præc. Ar.* בן *Nom. propr.*

נגר *Niph.* נִגַּר Defluxit, diffudit ſe, Pſal. 77. 3. *manus mea* נִגְּרָה Diffudit ſe, extenditur, *et S. Hieron. Symmach. et Ar. omnes; conv. c Syr.* ܢܓܪ *Protraxit*, Thr. 3. 49. *Pa. Pl.* נִגָּרִים *Defluentes.* 2 Sam. 14. 14. f. נִגָּרוֹת Job. 20. 28. *Hiph.* הִגִּיר Diffluere fecit, fudit, Mich. 1. 6. *Im.* הַגֶּרֶם *Fac ut diffluant*, Jer. 18. 21. *Fut.* יַגֵּר Fudit, Pſal. 75. 9. *Hoph. Pa.* מֻגָּרִים Effuſæ, Mic. 1. 4. נַר Fluxus, alveus, *A. Ezra*, Job 28. 4. *al. à proximo habitatore ad alios.*

CH. נְגַר *i q.* נגר Traxit, *vel pro eo, ut in Reg.* Hoſ. 11. 4. בְּמַנְגָּרֵת *Secundum tractum*, Pſal. 10. 9. Iſa. 10. 15. Jaculatus eſt, 2 Sam. 1. 18. סַגֵּר *Jacularі.* Fluxit, Jer. 9. 18. *Pah.* נַגֵּר Obſeravit, vecte, *ſ.* peſſulo clauſit, Jon. 2. 7. נַגְרָא Torrens, fluvius, *Metzia* 107. 2. *Baſra* 12. 2. נִיגְרָא Greſſus, gradus, inceſſus, *Kama* 57. 1. *et* 118. 1. *Baſra* 88. 1. *Comminue dentibus, et invenies* בניגרי *in greſſibus* (*fortius* incedes) *Schab.* 152. 1. נגרי דפרולא Pedes *ferrei, Berach* 41. 2. הַגָּרָה Defluxio, *R. Da.* Joel 3. 18. *it.* Detractio, devolutio. Provocatio urinæ. נִיגָּרָא, נְגִירָא Magia, incantatio, *H.* כשוף *Gr.* γοητία; *Aruc* נגר 4. נַגָּר Artifex, opifex, faber, Iſa. 44. 13. 2 Sam. 5. 11. *Em.* נַגָּרִיָּא 2 Reg. 22. 6. *v.* עץ 50. 2. נְגָרוּת Artificium, opificium, Exod. 31. 5. נַגָּרָא, נַגָּר Vectis, peſſulus, Exod. 26. 28. *Jon Pl.* נְגָרִין *v.* 26, 27. *ib Eruv.* 102. 1. *Tamid. c.* 3. 7. נַגָּר טוּרָא Gallus ſylveſtris, *ſ.* montanus; *De Adamante, quem habet hæc avis, quo lapides in domo Sanctuarii cæſi, & aptati fuerunt, v.* Cholin 63. 1. *Gitt.* 68. 2. *Fuller. Miſc.* VI. 4.

SYR. ܢܓܪ 2 ܫܒܩ ܕܚܠ ܢܓܪ 3 ܢܓܪ, ܐܬܢܓܪ 4 ܐܬܢܓܪ 5 ܢܓܪ ܫܒܩ ܕܚܠ 6 ܐܬܢܓܪ 7 ܐܬܥܩܪ 8 ܐܬܢܓܪ & ܐܬܫܒܩ ܐܬܥܩܪ 9 ܡܬܢܓܪ 10 ܢܓܪ ܢܫܒܩ ܐܬܥܩܪ 11 ܡܬܢܓܪ 12 ܢܓܪ; *prim.* Moratus eſt, tardavit, duravit. *F.* Protractus eſt, Gen. 26. 8. Dolavit, ſecuit; ſerravit. *Aph.* ܐܢܓܪ Produxit, protraxit, *ſermonem*, Act. 20. 7, 9. *cc* ב & ל Moratus eſt, c. 18. 20. *cc* לות Conduxit, c. 28. 30. *cca. c* רוחא Attraxit, protraxit ſpiritum, *h. e.* patienter tulit, expectavit, longanimis fuit. Neh. 5. 7. Heb. 6. 15. c. 13. 22. *Off. Mar.* 301. Jac. 5. 7. *ſec.* Tornavit. *tert.* Faber lignarius, tignarius, Ex. 35. 35. Deut. 27. 15. Jud. 5. 26. *quart.* Patiens, tolerans, longanimis, 1 Cor. 13. 4. *c* רוחא Ex. 34. 6. 2 Tim. 2. 24. *quint.* Tornatilis, tornatus, 1 Reg. 7. 9. *ſext.* Longitudo, *dierum, temporis*, diuturnitas, Deut. 30. 20. Diu, à longo tempore, Joſ. 24. 31. *c* מן Act. 26. 5. *i. q. Ar.* עצר *Nov.* 327. *ſept.* Fabrefactio, dolatura, Exod. 31. 5. c. 35. 33. *oct.* Longanimitas, patientia, Eph. 4. 2. Col. 3. 12. Heb. 6. 12. *poſt.* Gal. 5. 22. Rom. 2. 4. c. 3. 26. Jac. 5. 10. *c* ב *Adverb.* Patienter, Act. 26. 3. *non.* Paſſer domeſticus. *dec.* Sector. *undec. i q. oct.* Conſtantia in expectando. *duodec.* Fuligo.

SAM. גדף Tranſivit, penetravit, Exod. 36. 33. בדף Vectis, Exod. 26. 28, 29. *Pl.* בדים *v.* 26, 27. שבדי Artifex. (Ductor, legiſlator, *i. q.* שבדי *vel pro eo*, Deut 33. 21.

ÆTH. ነገረ: *H.* הגיד, נגר Indicavit, Pſal. 39. 11, 13. Declaravit, 41. 11. Prædicavit, 2. 6. Annuntiavit, narravit, 9. 1, 11. & 55. 8. & 106. 22. Confeſſus eſt, v. 8. 15, 21, 31. Dixit, locutus eſt, 39. 8. & 144. 5. ቀደመ: ነገረ: *Prævenit dicere, i. e.* Prædixit, 2 Cor. 13. 2. Gal. 5. 21. 1 Th. 4. 6. *In.* ነጊረ: ነጊሮት: Admonuit, Matt. 2. 12. IV. አንገረ: Loqui, narrare juſſit, induxit ad narrandum. V. ተነገረ: Locutus eſt, dixit, Pſal. 11. 2. Prædicatus, narratus, commemoratus fuit. Actum, tractatum eſt *in libro de hac vel illa re, ſ L.* ዘኢይትነገር: Ineffabilis. VI. ተናገረ: Heb. 11. 4 Promiſit, *cca.* Marc. 14. 11. Luc 22. 6, Locutus eſt, *cc* ለ: *r. et p. v.* 5. Luc.

1. 65. & *c* ምስለ: Joh. 14. 30. *In.* ተናግሮ: ተናግሮት: Colloquium, Pſal. 37. 15. (X. አስተናገረ: Colloqui fecit, *ſ L.* ነጋሪ: Commemorator. Narrator, prædicator. ነገር: m. Sermo, Matt. 5. 37. Pſal. 18. 3, 4. ነገረ: ጠቢባን: ይካውን: ለፍቅር: ወነገረ: አብደን: ለጋእስ: *Sermo ſapientum erit ad dilectionem, at ſermo ſtultorum ad contentionem. T. P.* 2, Dialectus, pronuntiatio, Matt. 26. 73. 1 Cor. 14. 39. Parabola, Pſal. 68. 14. *in bonum*, Fama, rumor, Mar. 1. 28. Luc. 4. 14 *in malum*, Opprobrium, Pſal. 43. 15. *Poc.* Contradictio, 79. 7. Propoſitio; ænigma. 48. 4. Res, negotium, Matt. 26. 58. Aliquid, Luc. 1. 37. ነገረ: አባድ: Stultiloquium, Tit. 3. 9. *Pl.* አንጋር: Linguæ, dialecti. ነገሮት: *ita pro* ነገርረ: *leg. videtur* Act. 5. 5. ገሬት: *Amh.* Tympanum æneum.

AR. ﺑَﺤَﺮَ 2 ﺑَﺤْﺮ 3 ﺑَﺤَ 4 ﺑَﺤَﺎ 5 ﺑَﺤَﺮِﻱ, ﺑَﺤَﺎﺭِﻱ 6 ﺑَﺤَّﺎﺭ 7 ﺑَﺤَّﺎﺭ 8 ﺑَﺤَّﺎﺭ 9 ﺑَﺤَّﺎﺭَﺓ 10 ﺑَﺤَّﺎﺭُﻭﻥ, ﺑَﺤَّﺎﺭُﻭﻥ 11 ﺑَﺤَّﺎﺭَﺓ 12 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 13 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 14 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 15 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 16 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 17 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 18 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 19 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 20 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 21 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 22 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 23 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 24 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 25 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 26 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 27 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ 28 ﺑَﺤَّﺎﺭِﻳَﺔ; *prim. Fut.* O. & I. Aſciavit (dolavit, lignaria arte elaboravit) *lignum faber lignarius. cca.* 2, Impoſito candente lapide calefecit *aquam. cca.* 3, Vehementer propulit *camelos. cca.* 4, Recenti lacti immiſcuit farinam, *ſ.* butyrum, *ſ.* paravit, *Ar.* נגרת *v. duod.* 5, Vehementi correptus fuit ſiti *camelus, ovis, homo. v. ſec.* 6, Rependit, *Ar.* לא ינגרן נגרתך *Non rependent illi tibi beneficia à te accepta: non rependent pari ratione ac tu.* 7, Attraxit, attractus eſt. Jac. 1. 14. *Er. v. Ar.* גרר. 8, Expreſſit *ſuccum, humorem.* IV. Liberavit. אנגרנא מן אלנאר *Libera nos ab igne. v.* נגו. *ſec. Act.* 1, (Exod. 35. 33.) 2, 3, 4, I. *it.* Origo, natura, radix, *Ar.* אצל Exiſtimatio, dignitas, *Ar.* חסב. Color. Diverſitas, variatio; Inconſtantia. *& i. q. Ar.* קצר. *i. q.* חר *Harron. & i. q* מנאמרה Propoſitum; cùm quid datâ operâ fit. Liberatio. Evulſio. Conſtructio, ſtructura *navis* (principium.) *Av.* I. 13. 21. Expreſſio, *Bd. c Ar.* אלראם Cùm volâ tuâ ingeſtâ *caput* verberas, *ſed* plerunque digito medio. Oſtium (vectis) Gen. 19. 6, 10. *Ar. Sam. Pl.* נגור Deut. 3. 5. Terra, *ſ.* territorium Meccæ, & Medinæ. *tert. Act.* 5, I. Sitis ingens, *pec.* quæ æſtivo tempore camelis, ovibus*que* accidere ſolet, præſertim ex paſtu acriorum ſeminum ſylveſtrium; *ex quo morbum pecora contrahunt, & ſæpè mortem. et.* Sitis magna homini oboriens ex acidi lactis potu (*ita ut ſudare nequeat* aquâ epotâ.) *quart.* Vinacea ejus, quod remanet (*poſt* expreſsionem. *Cr.*) *Av.* I. 198. 11. *it. c quint.* Sitientes *cameli. ſext.* Æſtivus ferviduſque *menſis, à tert. qualis eſt* Junius, & Julius: *talis quoque erat Paganiſmi tempore, cùm annus Arabum fixus eſſet, menſis* Saſer, & Rezjeb. *ſept. eſt Ar.* חשברה יכרב בהא (Aſſer, *ſ.* tabula, qua quis vehitur, *vel* navigat. *Gig.*) *oct. i. q. ſec.* Radix. Natura. Color; diverſitas. *non. Id.* 2. Conſilium. Sap. 2. 2. *& utrunque, & c* נגראת Loca quædam. *poſt.* Vaporoſus, vapidus. *Av.* I. 274. 39. *dec.* Ars, opificium fabri lignarii (Dolatio.) 2, Aqua quorundam falſa. *Gig. poſt.* Quod aſciando ligno decidit, aſſula. *v. Ar.* נחאתרה *in* נחרת *undec. Pl. ſan.* Faber lignarius. Jud. 5. 26. Matt. 13. 55. *Plur.* 2 Sam. 5. 11. *Av.* II. 165. 27. *Du.* Duæ criſes. *Av.* I. 64. 49. *duodec.* Caſtrum quoddam. Aqua quorundam ſalſa. *dec. tert. i. q. vig.* 2, Lacti commiſtum butyrum; *vel etiam*, talis farina. 3, Projectura lignea ante domum, nulla arundine, aliave re conſtans. 4. *Planta* curta, *ac* brevis. *dec. quart.* Patina, paropſis. *dec. quint.* Anchora *navis.* (Portus. Duo ligna inter quæ plumbum eliquatum immittitur, quæ velut

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſilex evadunt, ut navis veluti anchora firmetur illis *Gig.* *dec. ſext.* Urtica *v. Ar.* אנג, 2, Vapores, *Av.* I. 165. 23. *i. q. Ar.* אבחרה *v.* בחר. *dec ſept vulgo pro Ar.* אנאר Tectum domûs. 2, Procraſtinans. Termini *Gig.* *dec. oct.* Recta, *ac* vera via. *Ar.* מקצר (Iter inſtituens, nec à via declinans.) *dec. non.* Vehementer propellens *camelos. v.* 3, I. *vigeſ.* Lapis candens, quo impoſito calefit aqua. *vig. prim. potius Ar.* מינאר Ludi puerilis genus. *vig. ſec.* Exciſus. Exod. 20. 25. *Er.* *vig. tert.* Inſtrumentum aquatorium: *ferè* rota magna. *v. vig ſept.* *vig: quart.* (*i.q. Chald.* נגרא Vectis, peſſulus) Lignum in quo cardo, *ſ.* pes, ſtylus-*ve* portæ convertitur. 2, Sitiens, ſitibundus, *v. tert. it. Diptoton*, Oppidum Arabiæ felicis. *Nom.* Loci in Auranitide propè Damaſcum. Locus alius inter Cuſam, & Waſith. *vig. quint. prac. Arab.* דרא Pallium urbis Nagiaran in Egiaz. *vig. ſext.* Duo ita appellati. *vig. ſept.* Trochlea ad aquam hauriendam ad irrigandum. *v. vig. tert.* *vig. oct.* Sedes quædam in Batſaran ob multos ſapientes inſignis.

נָגַשׁ **נגש** Acceſſit, appropinquavit, *hinc Gr.* ἐγγίζω. *Latius quam* קרב *patere videtur, at ſapiſſimè per illud vertitur, et ſimiliter cum* הלאה *conſtruitur*, Gen. 19. 9. גַּשׁ־הָלְאָה *Accede ulterius, ſc. ab oſtio; v. Ar. it. Onk. & Jon. cc* ל, אל & ב *In Imp. Inf. & Fut. invenitur, nt in Niph. in Præt. & Part. tantum c Pathach* נָגַשׁ 1 Sam. 1. 15. *c* ה *Paragog.* נָגְשָׁה Gen. 27. 21. *In.* בְּגָשְׁתּ *Cùm accedent*, Num. 8. 19. *Fut.* יִגַּשׁ Gen. 18. 23. c. 33. 6. *Niph.* נִגַּשׁ *Id.* 7. Iſa. 29. 13. *In al. Codd.* נגם *quos ſequuntur Jon. it. R. Abraham, A. Eſra. & R. Da. utroque modo exp. Pa.* הַנְגִּשִׁים Exod. 19. 22. *Hiph.* הִגִּישׁ Accedere fecit, juſſit, attulit, obtulit, adduxit, admovit, ſtitit, Exod. 21. 6. *Pa.* מַגִּישׁ Mal. 2. 12. *Pl.* c. 1. 7. *Im. et Fut.* Gen. 27. 25. *Hoph.* הָגְּשׁוּ *Admoti fuerunt*, 2 Sam. 3. 34. *Pa.* מֻגָּשׁ *Offertur*, Mal. 1. 11. *Hithpa.* הִתְנַגְּשׁוּ Accedite pariter, Iſa. 45. 20.

C H. נְגַשׁ Feriit, cornu petiit, *ut H.* נגח Ex. 21. 32. c. 21. 28. *Jon.* נְגָשָׁן Petulcus, v. 29. *ib.*

S A M. בדש Præfecit, præpoſuit, *Ar.* קדם. אדשמדבא Præfectura. דבדבקעלאלא דבא דאלאפתד דאלאר דענבאדשמדבא דאלא דבדד דאלאבא דבדד דאלאדשמדבא דבא דאלאדשמדבא דאלא דענבאדשמדבא דבא דאלאדשמדבא דאלא דבדד דאלאבא דבדד דאלאדשמדבא *Sed ad dignitatem ordinis Sacerdotalis (ſpectabat) ut intelligeret cœtus Iſraëliticus, opus an peragendum necne, ſed in poteſtate eorum: Dignoſcebant et. penes eos eſſe præfecturam in omni opere: ſicut dicit; Præſicite ſacerdotes filios Levi, & c. Lit. Dam.*

ÆTH. ነገሠ: Regnavit. Pſal. 92. 1. Apo. 19. 6. *Fut.* c. 18. 7. IV. አንገሠ: Regnare fecit, regno præfecit; regem conſtituit, creavit, Joh. 6. 15. c. 19. 12. Rom. 5. 17, 21. c. 6. 12. *cca*, & ሰ: 2, Proregem conſtituit, præfecit, Act. 7. 10. ንጉሥ: m. *H.* נוגש Rex, Pſal. 2. 6. Act. 25. 13, 14. *Videtur minus indigitare quàm* ንጋሢ: *at* ንጉሠ: ነገሥት: *Rex regum* 1 Tim. 6. 15 *Deus dicitur. Eſt etiam Titulus Imperatoris Æthiopiæ, reſpectu 7 proregum. Æthiop. plenius ſic effertur,* ጥቅ: ልዑል: ወሓያል: ንጉሠ: ነገሥት: ዘኢትዮጲያ: *Altiſſimus, & potentiſſimus Rex regum Æthiopiæ In armis ejus depingitur* አንበሳ: *cum* መስቀል: ዘወርቅ: *Leo cum cruce aurea in pedibus, et corona in capite, adjuncto Symbolo regio ex* Apoc. 5. 5. ጦለ: አንበሰ: ዘአምነገደ: ይሁድ: *T. P. it. Rex* አስራኤል: *Iſraëlis appellatur. Codign. de r. Ab. 47. It.* Aticlabaſi *Sandoval. q. d. Abaſſinorum Aticla; ni fallor, i. q. Ar.* אחיל. *Ante 600 annos ab Imperatore Æth. ſeceſſio facta fuit ab Eccleſia Romana. A. D.* 1626. *Submiſſio ei fact. A. D* 1641, *Exeuſſum denuò jugum pontificium. Id. Vide Confeſſionem Claudii per Nobiliſſ. & maximè incomparabilem virum D. J. Ludolfum, editam; cujus laboribus æternùm obligantur omnes, qui ritè velint Æthiopicari.* ቃለ: ንጉሠ: Legatus. ቤተ: ንጉሠ: Palatium; aula. *Sandoval. Pl.* ንግሢታት: *Miſſ.* 160. 3 f. ንግሢት: Regina, Pſal. 44. 10, 11. *Pl.* ንግሢታት: Cant. 6. 7. *Qualem honorem ſuæ Reginæ exhibeant Abyſſini, v. Sand. de In. Æth. ſ.* 243. ንጋሢ: Imperator, Matt. 22. 21. Mar. 12. 14, 16, 17. Act. 25. 12, 11, 21, 25 c 26. 32. c. 27. 1. (*Hodie autem preregem*

ſignificat. ſ L.) *De quo v. Alvar. H. d. Eth. c.* 15. 21. *Imperatoris tentoria ultra ſpatium ſex miliarium extenduntur; c.* 116. *Ejus Camerarii ſunt omnes Mahomedani, vel Ethnici. c.* 124. *Plur.* ንግሢት: Pſ. 109 6. ንግሢ: Regia dignitas, *ſ.* majeſtas. *ſ L.* መንግሢት: f. Regnum, imperium. Luc. 6, 20. *Aff.* 1. 33. Joh. 18. 36. መንበረ: መንግሢት: Solium regni. *i.q.* ቤተ: ንጉሠ: Exod. 11. 26. *Plur.* መንግሢታት: Luc. 4. 5.

AR. نَجْس 2 نَجِس 3 نَاجِس 4

نَجَاس 5 نَجَّاس 6 نَجِيس 7

نَجَاسَة, نَجِيس 8 نَجَاسِي 9

أَنْجَاس 10 مُنَجِّس 11 نَانْ, مُ 12

نَاجِس 14; مُنَجَاسِي 13

prim. Fut. O, Excitavit, agitavit *feram, prædam. pec.* venandi ergò *cca. v. tert.* 2, Laudando, *ſ.* licitando pretium auxit rei *in emptione*, ut alios ejus cupidiores redderet. *cc* פי (Multum pretium materiæ veſtium venalis ſtatuit mercator, nolens illam vendere, ſed ſolum ut futilia emptori obtruderet. Vir pede terram verberavit, rem venalem dilaudans. Rem vendere volens magnum pretium poſtulavit, ut obtutum emptoris ad ſe converteret, alter*que* rem venalem obtineret.) 3, Compulit, & congregavit *diſperſos camelos. cca.* 4, Celer, & feſtinus fuit. *Ar.* אסרע 5, *Rem* abdidit. *Gig.* VI. Licitati ſunt inter ſeſe facientes quod *ſign.* 2. dictum. *Ar.* לא תנאגשוא Ne pretio chariori rem extollatis, nè ematur. Ne terram pede verberando venalem rem laudetis. *ſec. Act. ſign quavis. it.* Scrutatio, inveſtigatio rei. *& i. q. Ar.* אסתחרג *& i. q.* אנפאר *Infadon.* (Exitus. Cùm rem educere curas. Fuga. Cùm quis ſe ſubducit) *tert.* Qui prædam, feramve excitat, *aut* agitat, ut circa venatorem tranſeat. *quart.* Lorum corrigiæ ſimile, quod inter duo coria poſitum ſimul cum iis conſuitur. *quint. Act.* 4, I. *Ar.* אסראע. 2, *i. q. ſept. ſext.* Venator. *ſept.* Rex Habaſſinorum, *v. Æth. & penult. i. q. tert. oct. i. q. tert non.* Liberti cujuſdam nomen. *dec. i. q. quart.* 2, Qui aliena vitia detegit, & traducit. *und.* Locus propè Batſara. *duod. i. q. tert. dec. tert.* Quod refertur ad locum, ubi quis prædam excitat. *v. tert. dec. quart.* Cùm in venditione, *vel* aliâ re pretium augetur.

נָגַשׁ **נגש** Exegit *tributum, ſ. creditum.* 2 Reg 23. 35. *it. Lat.* Anguſtiavit, arctavit, exactionibus preſſit. Deut. 15. 2, יִגֹּשׂ 3. תִּגֹּשׂ If. 58. 3. תְּנַגְּשׁוּ, *Exigetis. Niph.* נִגַּשׁ Arctatus, oppreſſus fuit. If. 3. 5 c. 53. 7. *Ubi antiquior lectio* נגש Acceſſit ſupplex, *ita Ch. Syr. Ar. Ox. M. Alſhec, &c. Succinit illud*, Heb. 10. 7. *Ecce venio.* נוֹגֵשׂ Exactor. Zach 9. 8. c. 10. 4. Rex, Princeps, dominator, *v. Ar. Chal. Syr.* Dan. 11. 20. Job 39. 7. If. 9. 4. *Pl.* הַנְּגִשִׁים Exod. 5. 6. *Cn.* 15. *v. LXX. Sam. &c.*

נגת AR. نَجْت 2 نَجِت 3 نَجْ, 4

Pl. أَنْجَاث نَجَّاث, 4 نَجِيث 5

نَاجِث 6 نَجِي 7 نَاجِث; 8 *prim. Fut.* I, Opem rogavit, adjutorem imploravit. *ccap. aut i. q. Ar.* אסתעו *cca.* 2, Scrutatus eſt (inveſtigavit) *Ar.* בחת *cc* ען. 3, Mundavit, manu fodit *puteum. v ſext.* 4. Humavit. *Gig.* V. *i. q.* 2, I, VIII. Eduxit. Intumuit, apparuit pinguis. *Ar.* אנתגאת *Act.* 2, Tumor. X. *i. q.* 1. I. 2, Se objecit, expoſuit rei, *Ar.* חצדי *cc* ל (re adipiſcenda illam obviam habuit.) 3, Eduxit. *ſec. Act.* 1, 2, 3. *tert.* Thorax, lorica *Ar.* דרע. 2, Operimentum *cordis.* 3, Domus *viri. quart.* Scrutator, inquiſitor. *quint.* Arcanum, quod clam habetur. 2, Scopus ſagittariorum, *ſc.* congeſta terra. 3, Tardus, lentus. 4, Species

oleris. *ſext.* Terra è puteo egeſta, *i.q. Ar.* נביחה (Humatus) 2, Detecta, vulgata pars *rei, nunciive, pec.* turpior. 3, *i. q. Ar.* מנהורה (*Ar.* בלעת גניחתה *Illius conatus ſummus fuit. Gig.*) *ſept.* Obeſus, craſſus. *oct.* Stabilitas, firmamentum. *Ar.* תבאת (Inveſtigatio. *Gig.*)

נָדַד **נדד** Movit ſeſe, elongavit ſe, aufugit, celeriter migravit. Eſth. 6. 1. If 10. 31. c. 22. 3. c. 33. 3. *Part.* c. 10. 14. נֹדֵד & Neh. 3. 17. נוֹדֵד Celeriter avolat. *al. eſt Puhal. ex* נוד. *Inf.* נְדֹד pſ. 55. 8. *Fu.* יִדּוֹד Fugiet, Nah. 3. 7. וְתִדַּד Gen. 31. 40. *Hiph. Fu.* יְנִדֻּהוּ Fugabunt eum. Job 18. 18. *Hoph. Fut.* יִדַּד profugabitur. נְדָדִים Jactationes, *h. e. Curæ diſtrahentes.* Job 7. 4. מִדַּד Receſſus. *ibid.* נוד. *v.* נד. נדה. *v.* נְדָדָה

CHAL. נְדַד & נְדְנַד Vagatus eſt, fugit, receſſit. Job 7. 4. Dan. 6. 19. *Pah.* נַדַּד Recedere fecit, removit. 1 Reg. 14. 10. *Ithpe.* דְאִתְנַדְדוּ *ut* commoti fuerint, *al.* אִתְנַדְדוּ. Eſt. 6. 1. *T.* 2. נִדְנוּד נְדִידָה Vagatio motus, nutus, jactatio. *Peſacb.* 50. 2. *Gl.* נְדִדִית רמו *Id.* Job 7. 4. נוֹדֵד Vagans. דובא נודד Urſus vagus, *Gram. ſic dicitur. Verbum activum.* נדנדה Menta. *Schevith. c.* 7. 1. *pro eo* הרנדנא *T. H.* הדנדנא *Arue.*

SYR. ܢܕ 2 ܢܕܕ 3 ܢܕܝ 4

ܢܕܝ, ܢܕ 5 ; ܢܕܝ, ܢܕܝ

prim. Nauſeavit, abominatus eſt. Ezech. 23. 17, 18. Jer. 6. 8. *Aph.* Abominatus, deteſtatus, execratus eſt. Tremefecit. Contempſit. Commovit, amovit. If. 38. 15. *Pa.* Excitans. Eccli. 40. 6, 9. *Ethp.* Alienus, averſus fuit *ab omni re impura. BB. ſec.* Abominatus eſt. *tert.* Abominabilis. Luc. 16. 15. Eph. 5. 12. Secretus, *Nov. quart.* Abominatio, fœditas. *quint.* Multipeda.

ÆTH. ነደደ: Pſ. 17. 10. & 77. 25. & 105. 19. & 38. 4. Arſit, exarſit *ignis. H.* נצץ. ነደ: *Poc.* Pſal. 2. 13. *Fut.* ይነድ: Pſ. 7. 14. ይነድድ: Pſ. 78. 5. & 49. 4. Apoc. 19. 21. Luc. 24. 32. *nonne* ይነድዳን: ardebat. *v. Pirke Av. c.* 2. 10. IV. አንደደ: Accendit *ignem.* Act. 28. 2. Pſ. 77. 43. & 82. 13. Combuſſit igne. Mat. 13. 30. ነድ: m. Flamma Pſ. 28. 7. & 96. 3. Act. 7. 30. Heb. 1. 7. Apoc. 1. 18. ንዳድ: Febris maligna. *Amh.* ንደት: Arſio. መንዳድ: Focus. *J L.* አባ: ኖድ: Abâ Nodâ. *Nomen Martyris.* 17. *Apr.*

AR. نَدَد, نَدّ 2 نِدَاد, نُدُود

نَدَد 3 نِد 4, *Pl.* أَنْدَاد 5

نَادّ 6 نَدِيد 7 نُدَادَة 8 *Pl.* نُدَايَد 9

أَنَادِيد, 12 يَنْدُد 11 نَنَاد 10

نَدِيد 14 ¶ يَنَادِيد, نَنَادِيد 13;

prim. Fugax fuit, aufugit *camelus*: huc illuc vagatus eſt (Contumax fuit. 3, *Illius* crimina, & vitia vulgavit; *illi* turpia objectavit. *Gig.*) 4. Similis fuit. *Bd.* II. Apertè, & altâ voce dixit *quid*, divulgavit. *cc* ב. 2, Laceravit *velum.* 3, Diſgregavit, diſperſit *camelos. v. Ar.* בדד *cca.* III. Adverſatus fuit. *ccap.* Altè clamavit. *v.* II. Iſai. 14. 7. *Ox.* IV. *i. q.* 3, II. VI. Diſperſi ſunt inter ſeſe, huc illuc ab invicem aufugerunt. *ſec. Act. tert. Id.* 2, Par, ſimilis. 3, Collis, cumulus*ve* in altum aſſurgens: ingens cumulus, agger*ve* è luto. 4, Ambarum (unguenti genus, embrodium, electrum) *ſ.* Odoramentum ex ambaro, moſco, & ligno agallacho compoſitum. *quart. ut Fœm. uſurpatur. & i. q.* 4, & 2, *tert. Cor. Sur.* 14. 29. & 34. 32. & 2. 20. *it* Idolum, ſimulachrum. *ib.* 164. Lev. 26. 30. Mammillæ. *Avic.* I. 208. 27. *quint.* Annona, alimenta (*Ar.* רוק) 2, Palans, diſperſus. (Camelus contumax; effugiens.) *ſext.* Diſgregati, diſperſi *cameli. ſept.* Par, ſimilis. *oct.*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

oct. f. *sept. non. Pl. quint. dec. Act.* VI. Disperſio, fuga, abitio rei. 2, *Nom. proprium. undec.* Loeus quidam. Medina alnabi. *duod.* Disgregatæ, disperſæ *aves. et. Adv.* Disperſim, huc illuc *aufugerunt. v. Ar.* בדד. *dec. tert.* Minxit, *Ar.* באל. *dec. quart. Act.* 2, Excrementum oris, & naſi.

נדא CHAL. נדיאן. *H.* חגב Cicada, locuſta viridis. *Cholin.* 65. 1. *Aruc.* נדין מנדיאן Ciſterna. שפת מנדיאן Ciſterna major. *Moed. ka.* 8. 2. *Basra* 19. 1. *Aruc in* בקע. 2. *H.* יזא *v.* נדח.

SYR. ܢܕܐ 2 ܢܕܝ 3 ܢܕܘ 4 ܢܕܝ 5 *prim.* Extuberavit. Stillavit: *referri ſolet ad ſordes corporis.* Fugit, elongatus eſt. Pſ. 31. 12. Erupit. Iſ. 63. 3. *ſec.* Extuberatio, puſtula. 2, Excrementum, ſordes corporis. *tert. i. q.* 2, *ſec. pec. quæ in* Elephantiacis. *quart. Currus* ſaltitans, *ſ.* lentè incedens, *v. ſec. Ar.*

